

Ita communissima sententia ; & expreſſe habetur in can. tit. de Cle-ro per saltum ordinato. ¶ Hoc autem non est intelligendum de Episcopatu. Si enim quis nō fuerit Ordinatus in Sacerdotem, in valide Ordinaretur Episcopus . Quia Episcopatus praeceſe ſecun-dum quod addit ſupra Sacerdo-tium, eft gradus inferior ipfo Sa-credorio: (iuxta dicta num. 31.) ergo non includit illum gradum: ergo, ſi non preſupponat ir recep-tus , fruſtā recipitur Epifcopa-tus . Sicut fruſtā intenderetur adiſtatio teſti ſine p̄aiactione fundamenți. Recolantur dicta num. 31.

¶ 61 Notant, eum, qui ordi-natus eſt per saltum (id eſt, eum, qui recepit posteriorem Ordinē, non recepto priori) mortaliter peccare , & manere ſuſpensum ab exercitio illius Ordinis, quem per saltum recepit. Limo & ſine diſpenſatione Epifcopi non po-test promoveri ad Ordinationem Ordinis omissi : vt dicitur in cap. Sicut olim. Si autem in Ordine per saltum recepto adminiſtra-vit, nō po-teſt aſcendere ad alium Ordinem niſi ex diſpenſatione Pápa. ¶ Advertit vero Villa-lobos ibi num. 4. citans Silveſtrū, poſte Epifcopum diſpensare cum illo, qui ſcienter adminiſtravit in Ordine per saltū recepto , ad hoc vt in eodem Ordine poſſit licetē adminiſtrare. ¶ Adverte de-mum, peccare mortaliter eum, qui prima tonsura omiſſa, ordinē

recep-ti. Quia, et ſi prima tonsura non ſit Ordo; (ex num. 13.) facit tamen contra conſuetudinē Ec-clesiæ, & contra eius præceptu-ri in re gravi.

D U B I U M XXVI.

62 P Etes 26. an in Ordinatiq-

ne Sacerdotis duplex par-tialis character ſit admittendus? Respondeatur affirmativè. Quia ei conſertur duplex potefas; al-tera ad consecrandum ; & altera ad abſolvendum ; ergo & duplex character. Patet conſequen-ia: quia character ipfe eſt potefas, ſeu physicae entitati characteriſ annexuit Deus potefatem. Con-ſimatur, & declaratur: quia in Sacerdotio eft duplex partialis Ordinatio, per quarum priorem conſertur Ordinato potefas co-ſecrandi: & per posteriorem con-ſertur potefas abſolvendi: ergo in vnaquaque conſertur partialis character: aut in neutrā imprimi-tur aliquis character. Patet con-ſequētia: non enim eſt maior ra-tio, quare in vna, quam in alia im-primitur, aut non imprimatur. Recolantur dicta à num. 38. Hanc conſclusionem defendit Scotus diſtinct. 24. §. De tercio verſ. Sed in Sacerdotio, & §. Ad argumenta verſ. Ad ſecondum: vbi concedit, plures ſe characteres, & probabi-lius, quod alterius ſpeciei. Quam-vis enim ibi ſolum loquatur de characteribus impreſſis a diversis Ordinibus, eius tamen ratio eque probat, ponendos eſte partiales characteres, ſeu diverſos gradis cuius-

eiusdem characteris, quando in eadem ordinatione plures partiales potestates reperiuntur. Subdit enim: ut appareat ex aliis, ad quos isti gradus disponunt: qui gradus vel sunt character, vel habent proprios characteres necessario correspondentes: ergo sentit, quod, si in eadem Ordinatione multiplicantur actus; etiam characteres multiplicantur. Patet consequentia: quia character est potestas ad Ecclesiasticum actum circa Eucharistiam congruè, vel simpliciter exercendum. Item defendunt nostram conclusionem *Paluden. Bellarminus, & Aegidius, quis citat, & sequitur Gasp. Hurtado d. ss. 16.*

63 Sed *Vazquez* disp. 139. n. 57. & disp. 140. num. 54. *Henriquez, Reginaldus, & Leimanus* citari a predicto *Hurt.* dicunt, per priorem tantum partialem Ordinationem imprimi characterem; per posteriorem vero conferri non vnam potestatem ad novum ministerium. Quia posterior potestas non consistit in novo charactere, sed in extrinseca denominatione diversę destinationis, aut destinationis ad diversum ministerium; aut in modo reali intrinseco superaddito dicto characteri. In quo enim istorum consistat hæc nova potestas, variant AA. huius sententia. Pro qua sententia obijcies contra nostram. In sacerdotis Ordinatione imprimetur duplex character: ergo sunt plura accidentia solum numero distincta.

Eta in eodem subiecto, nempe characteres illi. Respondetur (omisso supposito consequentis, id est, quod solum numero differant illi characteres) concedendo: etsi enim sit inconveniens, quod plura accidentia absolute, seu omnino similia (ut duæ quantitates, aut duæ qualitates eiudem intensionis) sint in eodem subiecto: cum enim una praestaret omnino idem, ac praestat alia; una illarum superflueret: non tamen est inconveniens, quod in eodem sint plura accidentia relativa, seu quorum vnum praestat subiecto aliquid, quod non praestat aliud. Tunc enim vitatur superfluitas. Quod confirmat instantia habentis plures filios; in quo Scotista admittimus plures relationes solum numero distinctas: dicimusque, nullam illatum superfluere: quia per vnam solum referuntur ad vnum silium; & per aliam ad alium determinante. ¶ Contra: probabile est Scoto, quod character sit qualitas: ut dixi in tractatu de Sacerdoti. in genere cap. 4. num. 89. ergo tunc nequit multiplicari character. Respondetur negando consequentiam: quia etiam si ponatur qualitas, debet ei superaddi relatio, (sive realis, sive rationis) qua subiectum referatur ad illud ministerium, ad quod Ordinatur.

¶ Obijcies secundo, in Ordinatione Sacerdotis confertur potestas absolvendi per novum characterem distinctum à charactere,

tere, quo ei fuerat collata potestas consecrandi: ergo, si alii cui solum conferretur potestas, seu Ordinatio ad consecrandum, non collata Ordinatione, per quam ei confertur character ad absolvendum, non posset absolvere a peccatis, adhuc in articulo mortis. Respondetur, ita esse.

64 Ex dictis à n. m. 62. inferatur, etiam in Ordinatione Diaconi, Subdiaconi, & acolythi concedendos esse partiales characteres: quia in horum Ordinatione est duplex partialis Ordinatio, per quam in qualibet Ordinatus destinatur ad novum ministerium; iuxta dicta à. num. 42.

De ministro Sacramenti Ordinis.

D U B I U M XXVII.

65 PEtes vigesimo septimo, quæ sunt certa de ministro Ordinis? Respondetur, in primis esse certum, Ordinarium ministrum huius Sacramenti esse Episcopum. Quia sic statuit Concilium Florentinum; necnon & Tridentinum ses. 23. can. 7. Secundo est certum ex convenientia Authorum, non Sacerdotem non posse esse ministrum Ordinis, adhuc ex commissione Papæ. Tertio est certum, etiam ex convenientia Authorum, solum Papam posse committere Sacerdoti conferri Ordines, adhuc minores. Quartò convenienter AA. (contra

Adrianum, & Maiorem citatos à Gaspar. Hurtado diff. 18.) posse Papam committere Sacerdoti administratiem Ordinum minorum. Quia de facto id concessum est Abbatibus Ordinis Clericis: & nunc temporis Cardinales Præsbyteri habent facultatem conferendi Ordines minores.

D U B I U M XXVIII.

66 PEtes vigesimo octavo, an Sacerdoti non Episcopo possit Ponifex committere facultatem conferendi Ordines maiores? Respondetur negative. Quia sicut Sacerdos est determinatus minister absolutionis; Episcopus ita est Ordinationis maioris: ut docent Bellarminus, Henriquez, Suarez, Covarrubias, & Martinus Fornarius, quos citat, & sequitur Bonacina de Sacramento Ordinis disp. 8. q. vnic. punct. 4. Et satis colligitur ex usu Ecclesiæ, quæ numquam hoc commisit Sacerdoti non Episcopo. Hanc conclusionem defendit Scotus d. 24. 9. De tertio vers. Et si circa. Item Ricardus, Silvester, Covarrubias, & Bonacina, quos citat G. Hurt. diff. 18. Idem docet Villal. t. 1. tract. 11. diff. 8. n. 3. citans D. Th. & dicens, esse communem sententiam Doctorum. Et à fortiori ipsam defendere tenentur Adrianus, & Maior.

67 Vnde constat, non esse sufficientem sententiam nostru reali, Angeli, Panormitanu, Yaguez, & Ochogavia, quos citat, & sequi-

sequitur G. Hurt. ibi : quidicunt, Sacerdoti nō Episcopo posse Papam committere potestatē conferendi etiam Sacerdotium.

¶ Neque est suffinenda sententia supplemēti Gabrielis, & aliorum, qui solū Sacerdotium ab hac potestate excludant. ¶ Neque sententia Francisci Turriani, & aliorum apud Vazquez, qui dicant, posse Papam committere potestatem Ordinandi Subdiaconum Sacerdoti non Episcopo. Igitur omnes hæc sententiae refutantur ex dictis pro nostra.

68 Sed obiciunt nobis, quod Innocentius VIII. concessit Abbatibus Ordinis Cisterciensis posse conferre suis subditis Ordines minores, necnō & Diaconatum, & Subdiaconatum. Cuīus concessionis verba adducit Vazquez disp. 243. num. 39. Respondeatur, sic concessissimè sequendo opinionem probabilem. Hac ratione aliquando dispensarunt Pontifices, ut monachus matrimonium duceret; (vt notant præcipue nostri Villalobos tom. 2. tract. 34. diff. 15. num. 3.) licet sit opinio D. Thom. 2. 2. quest. 88. art. 11. & aliorum, (quos citat Villalob. ibi num. 4.) Papam non posse dispensare. Immo, quod numquam dispensaverit Papa in hoc, quod Sacerdotium conferatur à non Episcopo, maximè mihi persuaderet, id fieri non potuisse; vel saltem, quod quando concederunt non Episcopo conferre Diaconatum, & Subdiaconatum, sequenti

sunt opinionem, seu iudicium probabile: quod non sunt ausi te qui in ordinatione Sacerdotis propter ingentia incommoda, quæ nascerentur, si forte in re, alia opinio esset vera. Tunc enim non consecraret in re, nec absolveret à peccatis; & si sicut Episcopus, nec benediceret chritima confirmationis; nec Ordinaret aliquem in Sacerdotem. Quæ omnia incommoda cum celent, licet in re non recipiat quis Ordinem Subdiaconatus, & Diaconatus; ideo Pontifices concederunt aliquando non Episcopo potestatem ad conferendum prædictos Ordines; non autem sunt ausi, concedere potestatem conferendi Sacerdotium, quamvis de hoc extet opinio probabilis.

D V B I V M XXIX.

69 P Etes 29: quoti Episcopi requisantur ad Ordinationem Episcopi? Respondeatur, requiri tres. Quia ita habetur in epistola Aniceti Papæ, vbi postquam dixisset, D. Iacobum a D. Petro, Iacobo, & Ioanne fuisse Ordinatum Ierololimoru Episcopum, (id est a signata fuisse illi eam regionem: in qua a signatione voluerunt servare id, quod à Christo Domino eis fuisse mandatum, creditur, in ordinatione Episcopi esse observandum) subdit. Si autem non minus quam à tribus Apostolis tantus vir fuit Ordinatus Episcopus; patet profecto,

eos formam, instituente Domino, tradidisse, non minus quam à tribus Episcopis Ordinari debere. Vnde patet, quod Ordinatio pendet ab illis tribus simul concurrentibus per modum vnius ministri Ordinarij huius Sacramenti. Idem docet Damasc. epist. 4. sub his ver. Quod enim Episcopi non sunt, qui minus quam à tribus sint Ordinati Episcopi, omnibus pater. Ita Bellarminus, Vazquez, & Aegidius, quos citat, & sequitur Gaspar Hurtado diffic. 19.

DUBIUM XXX.

70 PETES 30. an tres Episcopi essentialiter requirantur ad Ordinationem Episcopi? Respondetur negative. Quia pluralitas ista solum requiritur ad solemnizandum consecrationem Episcopi. Præterea in nullo alio Sacramento requiritur pluralitas ministrorum: ergo neque in isto requiritur essentialiter. Adde quod D. Augustinus Cantuariensis impetravit a Divo Gregorio Papa, quod ipse Augustinus solus in Anglia posset Ordinare vnum, aut alium Episcopum, donec in illa provincia essent plures Episcopi, qui possent alios Ordinare. Insuper D. Clemens Romanus lib. 8. Constit. Apostolicarum cap. 27. alias 33. postquam dixisset, Episcopum Ordinandū esse à duobus, vel tribus, subdit. Si necessitas coegerit, ab uno Ordinari (sicilicet Episcopum) quod

propter persecutionem, aut aliam causam plures adesse non possunt, afferatur decretum commissionis plurium Episcoporum. Hanc conclusionem defendunt Palud. Silvester, Armilla, & D. Antoninus citati à G. Hurt. diff. 19. Idem defendunt Vazquez, Aegidius, & ipse Hurt. dum cōcedunt ex commissione Papæ posse Episcopi cōsecrationem ab unico fieri, assistentibus alijs duobus Sacerdotibus loco aliorum Episcoporum.

71 Sed ad valorem Ordinationis Episcopi ad minus requiri tres Episcopos, docent Hostiensis, Glossa, & Bellarm. citati ab Hurt. ibi: ubi etiam citat Vazquez, & Aegid. quibus ipse subscribit; quavis postea cum Vazq. & Aegidio limitet hanc sententiam, dicens, essentialiter requiri tres tamquam ministros Ordinarios; ex commissione tamen Papæ sufficere vnum. Sed (quidquid sit de coherentiali huius limitationis cum doctrina ab his auctoribus prius tradita) obicitur contra nostrā conclusionem; quod de facto illo D. Gregorij committentis D. Augustino Episcopo Cantuariensi posse solum cōsecrare alium in Episcopum, non satis constat: ut notant Aegid. disput. 20. num. 92. & G. Hurt. ibi. Insuper non tatis constat de auctoritate libri Constitut. Apostolicarum. Respond. non facile esse negandum factum illud Gregorij; cum in multis Authoribus fide dignis reperiatur. Idem

Idem dico de illo libro D. Clementis. Nostra tamen conclusio nō præcise nititur in istis: si enim horum auctoritas eslet omnino certa, eslet etiam omnino certa nostra sententia; sed illis probabilitate tantum adhæremus: & ideo negari nequit, nostram cōclusiōnem illorum probabilitatem participare. Igitur præcipue nitimur in duplii illa ratione, nempe in paritate aliorum Sacramentorū, in quibus omnibus, & singulis vnicus assignatur minister: necnō & quod multiplicatio ista Episcoporum potius videtur necessaria ad auctoritatē actionis, quam ad valorem Sacramenti.

¶ Obijc. 2. vnuſ tantum Episcopus est minister Ordinarius ad consecrandū aliū in Episcopū: ergo, si solus vnuſ cōseceraret, (etiam sine cōmissione Papæ) renaret cōseceratio. Relp. negando cōsequentiā: quia sine delegatione ei solū minister partialis. Et ideo sine commissione nihil faceret. Sicut plures portantes pōdus vnicuique illorū in proportionatum, portant quidē illud, quando simul concurrunt; nihil tamen, si seorsim portare intendant. Et sicut intellectus simul cum specie impressa elicit intellectionem; scilicet autem sine illa; nisi alias Deus supplere velit cōcurrū speciei. ¶ Obijc. 3. quod Conciliū Regiense affīmat, Ordinationem Episcopi, quam pauciores, quam tres Episcopi faciunt, esse irritē. Relp. Cōciliū istud fuisse provia-

ciale: (tredecim Episcoporum; habitum anno 439. tēpore Sixti Papæ III. in Gallia Narbonēsi) & con sequenter nō fuisse acutum enīcē auctoritatis. Resp. 2. verba cōciliij cap. 2. esse ita: *De voluntate Domini placuit, remoto hoc, qui perperam assūptus erat Episcopus, &c.* Vnde non infertur, definire Conciliū, Ordinationē illius, quā à duobus tantum fuerat Ordinatus Episcopus, fuisse nullam: quia non semel removetur, leu privatur officio, & beneficio ille, quā verē est Episcopus, Sacerdos, &c. Quare ex hoc, quod conciliū determinet, Episcopum à duobus tantum ordinatū esse removēdū, hæc tantum disiunctiva infertur; aut quod eius Ordinatio fuit nulla; aut quod fuit irritanda: (quoad forum externum, seu privando illum honore, & dignitate Episcopali) eo quod facta fuit contra tacros Canones, qui disponūt, Ordinationem Episcopi non fieri à paucioribus, quam a trib⁹ Episcopis. His favet Severinus Binius in notis ad Concilium Regiense sic locutus. *Ebredunensis Episcopi Ordinatio à duobus tantum Episcopis contra canones facta irritatur.* ¶ Respondetur tertio, merito à concilio definitum fuisse, esse irritam: quia sine auctoritate Papæ non tener Ordinatio Episcopi facta à ministro partiali: totalis autem minister Ordinationis ex tribus Episcopis integratur.

D V B I V M XXXI.

73 **P**etes 31. an Episcopus
hæreticus, excommunicatus, aut degradatus validè
Ordines conferat? Respondetur affirmativè. Quia per nullum ex
his auctoratur ab ipso, quod sit verè
minister Ordinis: (quamvis alias
ab Ecclesia exercitium ei sit pro-
hibitū) ergo, si ponat necessaria,
validè Ordinabit. Ita Scotus dist.
25. §. & vers. De secundo D. Thom.
in 4. dist. 25. quest. 1. artic. 2. in
corpo, Aëgidius disput. 20. num.
84. & communiter Theologi.

T Sed oppositum dixerunt Gra-
tianus cap. 9. quest. 1. initio, &
Palea, sive Protopalea ibidem cap.
2. Pro quo obijcitur, quod PP.
aliquando dicunt, Ordinatos ab
huiusmodi ministro potius foeda-
ri, quam consecrari. Responde-
tur, solum intendere, ab illis illi-
cità recipi Sacramentum Ordini-
nis. **T** Obijcies secundò, PP.
aliquando dicere, Ordinatos ab
illis nō recipere potestatem. Res-
pondetur, loqui de illo, qui in Or-
dinatione omittet aliquid ex
necessarijs, nempè materiā, for-
mam, aut intentionem. Aut lo-
quitur de Choropiscopis: qui nul-
lo modo erant Episcopi, sed eo-
rum Vicarij: & consequenter in-
validè Ordines conferrent. De
quibus loquitur Damascen. epist.
4. dicens: Quod enim Episcopi non
sint qui minus quam à tribus sunt
Ordinati. Episcopi, omnibus patet.

T Respondetur secundò, lo-
qui de quibusdam hæreticis, qui
solum nomine erant Episcopi; in-
star eorum qui nunc temporis in
Anglia vocantur Episcopi: qui in
re non sunt Episcopi: cum fiant
independenter à Romano Ponti-
fice; ad quem spectat saltè con-
firmare electum.

74 Notant AA. tam hæreti-
cum Episcopum conferentem
Ordines, quam illos recipientem
(scienter) peccare. Episcopus
(inquam) peccat: quia rem pro-
hibitam exercet. Recipiens au-
tem, quia communicat cum illo
in sacris: quod etiam est sibi in-
terdictum. Insuper uterque ipso
facto sit irregularis. Et ob hoc
fortè dicunt PP. non manere Or-
dinatum, qui ab hæretico Ordi-
natur, scilicet quantum ad licitū
Ordinum exercitium.

D V B I V M XXXII.

75 **P**etes 32. an mortaliter
peccet minister, qui
sub mortali existens ministrat
Ordinem receptum? Respon-
detur affirmativè, loquendo de
ministracione, in qua confertur
gratia: negativè autem, loquen-
do de ministracione, in qua gratia
non producitur. Et ratio vtriusq;
est, quod, quando exercet actionē
productivā gratiæ, debet se con-
formare in itatu sanctitatis cum
ipso authore gratiæ. Secùs autem,
quando exercet actionē, quod non
est

est productiva sanctitatis , aut gratiæ . Ut latè dixi in tractatu de Sacrament. in genere cap. 3. à num. 91. Vnde infertur, ministratur nō Ordinem, in cuius admittitratione producitur gratia, qui alias , sentit se esse sub mortali, debere , aut elicere supernaturalem contritionem , seu dilectionem Dei super omnia ; aut confiteri : quia utroque modo acquiritur gratia. Notant tamen, solum esse necessarium confessionem Sacramentalē ad receptionem Eucharistiae. Quare ad cuiuscumque Sacramenti dignam administrationem sufficit elicere contritionem , aut dilectionem Dei super omnia : quia sic potest transire peccator ad statutum gratiæ : & alias non est admittenda obligatio sine præcepto. De confessione autem communioni premittenda extat præceptum in Tridentino sessione 13. cap. 7.

76 Diximus , peccare mortaliter eum ministru m, qui existens sub mortali , exercet actionem productivam gratiæ : secūs autem si actio , quam exercet, non est productiva gratiæ . Pro plena autem horum intelligentia aliqua sunt in speciali declaranda , quæ ex prædicta conclusione inferuntur.
(.)

De Sacerdote.

77 Igitur infertur primò , Sacerdotem existentem sub mortali peccare mortaliter, dum absolvit, baptizat, confert extremam unctionē; & celebrat. Quia in quacumque harum actionum producitur gratia: ut nulli est dubium. Solùm noto, quod in celebratione proditio gratiæ est concedenda in sumptione. Et ideo non peccat, eo quod celebrat sub mortali ; sed quia communicat. Neq; peccat, quia consecrat: quia et si per hanc actionem ponat Christum Dominum sub speciebus ; per illam tamen nulli applicatur sanctitas, aut nullius fit ianæificatio. ¶ Dices : Sacerdos ponit tunc Christum Dominum sub speciebus : ergo tanta actio petit sanctitatē in ministro. Respondet negando consequentiam : alias , quando portatur, seu manibus tractatur Christus D. sanctitas requiriatur.

De Episcopo.

78 Infertur secundò , Episcopū peccare mortaliter , si est sub mortali , dum Ordines confert. Quia collatio Ordinis est actio productiva gratiæ . Solùm noto , hoc esse omnino certum loquendo de Ordinatione aliquis in Sacerdotem: quia sine controversia est Sacmentum Ordinatio Sacerdotis. De collatione au-

autem aliorum Ordinum, tam minorum, quam maiorum non est ita certum. Qui enim dicat, aliquem ex Ordinibus maioribus, vel minoribus, aut Episcopationem non esse Sacramentū; (iuxta dicta à num. 22.) dicit cōsequenter, Episcopum existentem sub mortali non peccare cōferendo predictam Ordinem, seu exercēdo talem Ordinationem. Quia tamen nos à num. 22. statuimus, collationem cuiuscumque Ordinis (etiam minoris; nec non & Episcopationis) esse verum Sacramentum: ideo in præsenti affirinamus, Episcopum existentem sub mortali mortaliter peccare quamcumq; Ordinationem (etiam minorem, nec non, & Episcopationem) exercendo.

79 Infertur tertio mortaliter peccare Episcopum, si confirmationē conferat sub mortali. Quia illa actio est collativa gratiæ.

¶ Idem dico de Sacerdote, qui ex commissione Papæ confirmaret quod posse fieri dixi in tract. de Confirmatione num. 54. ¶ Contra: ergo etiam peccat laicus, qui existens sub mortali baptizat in calu necessitatis. Respōd. ita esle: quod Aegidius q. 64. n. 37. probabile iudicat. Respōdet ut secundò negando: quia laicus nō est minister specialiter sanctificatus, seu non accipit characterem, & gratiam ad baptismum dignè administrandum. ¶ Dices: neque Sacerdos accipit characterem,

& gratiam ad confirmandum, sed hanc potestatem habet a cōmissione Papæ: ergo neque peccabit confirmingo. Respondeatur distinguendo: proximè concedo: remotè, nego. Itaque licet Sacerdos per characterem Ordinis Sacerdotalis solum non possit administrare confirmationem; sed requiratur adhuc specialis, & expressa commissio Papæ: ista tamen commissio solum potest committi Sacerdoti: sicut facultas absolvendi à peccatis. Quare character Sacerdotalis datur etiam (licet remotè) ad confirmingandum: sicut & ad absolvendum. Quod nullo modo habet character baptismalis, quo quis sit Christianus; qui neque remote datur ad cōferendum baptismum: cum ille possit conferri etiam à Gentili.

80 Infertur quartò, non peccare Episcopum, qui existens sub mortali, confert primam tonsuram. Quia hæc non est Sacramētum: (vt enim dixi n. 13. non est Ordo: & consequenter neque Sacramentum) ac per consequēs actio collativa primæ tonsuræ non est productiva gratiæ. Idem dicendum est de Episcopo consecrante christma ad confirmationem, & ordinem, au oleum ad extremam vunctionem, &c. hoc enim non est confiscere Sacramentum, sed materiam Sacramenti confirmationis, &c. Idem insuper est dicendum de Episcopo consecrante Ecclesiā,

aras, &c. Et à fortiori de Sacerdotie benedicente corporalia, vices sacras, &c.

De Diacono, & Subdiacono.

81 **I**nfertur quintò, Diaconum, & Subdiaconum existentes sub mortali non peccare sua munera exercētes. Quia istæ actiones non sunt productive gratiæ. ¶ Dices: ergo saltēm peccabit Diaconus administrans Eucharistiam (quando ipsi licet). Recolantur dicta *num. 12.* sub mortali. Respondetur negando: quia ipse non exercet actionem productivam gratiæ, seu non cōficit Sacramentum; sed solum applicat iam factum. Gratiæ autem tunc producitur non in applicatione ministri ad os; sed in applicatione ipsius communicantis ad stomachum, seu in sumptione. (vt communiter dicitur)

De ministrante Ordines minores.

82 **I**nfertur sextò, nullum committi peccatum in administratione Ordinum minorum, quando minister est in mortali. Quia tunc non efficitur Sacramentum, seu nō sit actio productiva gratiæ. ¶ Sed noster Fabro in 4. *distinct.* 24. *quest.* 1. *disputat.* 1. *num. 80.* oppositum defendit; (si credendum est Dia-
næ 3. part. tractatu 4. *Resul.* 196.) *& citat Angelum, & Silvestrum;* & obijcit pro illo: in ordinatio-

ne Ordinum minorum minister recipit gratiam, & characterem ad sua munera dignæ administranda: ergo peccat abyendo prædicta gratia. Respondeatur negando consequentiam: quia illæ actiones non sunt effectiones Sacramentorum; seu potius quia non sunt productivæ gratiæ. Et, si cōsequentia aliquid valeret, concluderet, illum, qui est in gratia, peccare dupli peccato, quādo præceptum frangit in re gravi, nempe & quia transgreditur præceptum; & quia abvitur gratia habituali recepta; immo & etiam quia abvitur gratia oblata, seu auxilijs; quæ Deus temper offerit, ne eius præceptum transgrediatur homo.

De ministro confidente Sacra-mentalia.

83 **I**nfertur septimò, nullum ministrum confidentem Sacramentalia sub mortali existentem peccare mortali-ter. Quia per nullam talem actionem producitur gratia ex opere operato in recipiente Sacramen-tale. Quare nona peccat, qui existens in mortali chatechisatum ad Baptismū præcedentē cō fert; neque qui baptiste- rium, seu aquæ ad Baptismū be-nedit, &c.

De prædicatore, & lectorre.

84 **I**Nfertur octavò, à for-
tiori non peccare præ-
dicatorem, qui in mortali oc-
culto existens, prædicat; neque
lectorum Theologiarum. Quia per
hoc alijs non administrat gratiam
ex opere operato. Ita commu-
nior sententia: licet pro opposi-
ta (quantum ad prædicatorem)
Diana 3. part. tract. 4. Resol. 197.
citet D. Thom. Palud. Caiet. Na-
varrum, & Angelum. Vbi addit,
non esse mortale legere Theolo-
giā, etiam in peccato publico,
dummodo absit scandalum: quā-
vis pro opposita tententia citet
D. Thom. Paludanum, Angelum,
& Silvestriū.

Debito capaci sacramenti
Ordinis.

DUBIVM XXXIII.

85 **P**etes 33. an foeminæ
sint capaces Sacramē-
ti Ordinis? Respondetur negati-
vè. Quia sic dispositus Christus
Dominus. Cuius institutionis ar-
gumentum evidens accipitur, quia
Christus Dominus, nec matrem suam
posuit in aliquo gradu Ordinis in
Ecclæsia: inquit Scotus distinc. 25.
quæst. 2. §. Hic breviter vers. Nunc
autem: vbi subdit. Ratio autem na-
turalis huic dicto consonat, quam
Apostolus innuit 1. ad Chorint. cap.
11. nam natura non permittit, mu-

lierem (saltēm post Iaphsum) tenere
gradum eminentem in specie huma-
na: siquidem est dictum sibi in pœna
peccati sui Gen. 2. sub viri potestate
eris. ¶ Sed obiicit sibi Scotus,
quod 1. ad Chorint. 2. dicitur, doce-
re mulierem non permitto: ergo nō
est de iure divino, sed humano: &
consequenter nō est incapax, sed
solum humana dispositione im-
pedita. Respond. negando conse-
quentiam: quia non est dictum A-
postoli tamquam statuentis (verba
sunt Scotti) sed non permitto; quia
nec Christus permisit. ¶ Obi-
cies secundo, quod in aliquibus
textibus fit mentio Diaconissæ,
& Presbyterissæ. Respondetur,
Diaconiam ibi vocari illam, cu-
ius vir, separatione facta quoad
thorum, transierat ad Diaconia-
tum. Similiter vocabatur Pres-
byterissa, Subdiaconissa, & Epis-
copissæ; vt notat Gasp. Hurt. diff.
20. securus Vazq. disput. 245. &
Laimanum cap. 6. Respondetur
secundo, cum Scoto distinc. 25.
questione, 2. §. Ad argumenta vers.
Ad secundum, quod forte in Græ-
cia vxor Presbyteri potest dici
Presbyterissa, vbi Sacerdotes li-
cite utuntur matrimonio prius
cōtracto. Sed apud nos Latinos,
vbi castitas, non coniugalis, sed
simpliciter, est Ordini annexa,
Presbyterissa potest dici aliqua bo-
na matrona vidua, vel perfecta in-
ter alias mulieres. Vel forte in
collegio illa, quæ præst omni-
bus alijs, vt Abbatissa inter mo-

niales: sed ista non habet per hoc gradum altiorem Ordinis; immo nec praeminentiam respectu aliquius viri. Cōsimiliter potest dici ad illud de Diaconista, quod illa, cui cōpetit ex Ordinatione Abbatissæ, vel collegij legere homiliam in matutino, potest dici Diaconista. Hucusque Scotus.

T Obijcies tertio, quod ad Galat. 3. in Christo Iesu non est distinctio, seu discriminem personarum. Respondetur, loqui quantum ad iustificationem, seu consequentem vitæ æternæ: non autem loquitur quantum ad gradus, & honores Ecclesie.

86 Infertur ex conclusione, foemina non posse (etiam ex speciali Papæ commissione) recipere Ordines minores. Quia isti sunt veruni Sacramentum Ordinis; vt constat ex dictis à num. 22. Foemina autem est incapax Sacramenti Ordinis, ex numero precedentis. Ita Vazq. Laimanus, & Egidius apud G. Hurtado diff. 20. & defendere tenentur quotquot affirmant, Ordines minores esse Sacra menta. Immò, & qui hoc negant, dūmodo alias affirment, Ordines minores non fuisse institutos ab Ecclesia, sed à Christo Domino: si enim Ecclesia non sentiret, foemina iure divino esse incapace Ordinis, alicui sanctissimæ foeminae Ordinationem alicuius Ordinis minoris contulisset. Igitur, cum nec Christus Dominus matri suæ hoc concess-

serit; neque Ecclesia alicui alteri; aperte videtur inferri, forminas omnino huius honoris esse incapaces. Quæ ratio etiam probat, foemina non posse recipere primam tonsuram. Quod & docent Vazquez, Laimanus, & Ochogavia apud Hurtado diff. 20. quamvis oppositum ipse defendat sequutus Paludanum.

187 Infertur secundò, illum hermaphroditam, in quo sexus foemineus prævalet, esse incapacem Ordinis minoris. Secùs autem, si in illo prævaleat sexus virilis. (Suppono ex traffatu de Irregularitate, esse irregularem.) Quia prior est propriè foemina; posterior vero propriè est homo. Sin autem æque inclinet in utrumque sexum, etiam est incapax Sacramenti Ordinis: quia non est propriè homo. Ita Villalobos tract. de Sacrament. Ord. diff. 10. num. 2. secutus Silvestrum, Navarrum, & Suar.

D Y B I U M XXXIV.

188 P etes 34. an non baptizatus sit capax recipiendi Ordines? Respondetur negativè. Quia Baptismus est ianua Ecclesie, eiusque Sacramentorum. Sed Ordo est Sacramentū: ergo, qui nō recepit baptismū nō est capax recipiendi Ordinem. Cōsequentia est legitima. Maior est indubitata: minor autem constat ex dictis à num. 22. &

& loquendo saltē de Sacerdotio est certa de fide : vt constat ex num. 9. loquendo autem de Ordinibus minoribus , immo & de Subdiaconatu , Diaconatu, non estita certa. Sunt enim qui negent , esse Sacramentum : (Re. colantur dicta à num. 23.) qui forte posseat consequenter affirmare , posse ex dispensatione Papae non baptizatum recipere omnes illos Ordines , qui non sunt Sacra menta. Quod , quamvis nobis non probetur : cūm affir-
mamus num. 22. etiam Ordines minores esse Sacra menta ; evi-
denter tamen illud non possumus impugnare , aut oppositum convincere.

Dubium XXXV.

89 Petes 35. an baptiza-
tus , qui non pervenit ad usum rationis , sit capax recipi-
endi Sacramentum Ordinis ? Respondeatur affirmativè. Quia sicut validè baptizatur , & con-
firmatur ; ita validè Ordinatur. Ita Scotus distinctione 25. in fine,
D. Thom. eadem distinet. quest. 1.
artic. 1. questiunc. 2. Vazquez
disputatione 246. Gasp. Hurtado
diff. 21. & communiter Doctores.
Et loquendo de Ordinibus mi-
noribus , & Subdiaconatu ex-
pressè supponitur iu cap. vnicō de
Clero promoto per saltum per hæc
Verba. Puer minoribus Ordinibus
Ordinatus non deber iterum Ordinari.

Estque eadem ratio de Ordinato in Sacerdotem , immo & in Episcopum ; necnon & de ini-
tiato Ordinibus minoribus , nem-
pè quod in susceptione cuiuscumque imprimitur character: (vt dixi num. 24) qui est potestas , seu signum potestatis administrandi in Ordine recepto. ¶ Dices: ad recipiendum Ordinem requiri usum rationis , vt character iste Ordinis imprimatur. Responde-
tur negando: estque difficilimum assignare rationem , quare char-
acter Baptismi , & Confirmatio-
nis non requirant usum rationis ; benè tamen character Ordinis . (secundum adversarios)

90 Sed Durand. distinctione
25. questione 2. & Petrus Sotus
de Institutione Sacerdotum lect. 5.
oppositum defendant. Pro qua sententia obijcies: nullum Sacra-
mentum potest recipi sine vo-
luntate aliena , vel propria saltē
interpretativa recipientis. Sed ad
recipiendum Ordines non suffi-
cit aliena : & alias propria non
potest interpretari : cūm iste iam
adultus forte non velit esse Eccle-
siasticus : ergo parvulus non est
capax Ordinationis. Quod au-
tem non sufficiat voluntas aliena
probatur : quia congruum vi-
detur sufficere in Baptismo :
quia est simpliciter necessarius
ad salutem ; & alias est Sacra-
mentum deletivum peccati ,
quod aliena voluntate fait con-
tractum , sed neutrum istorum

reperitur in Sacramento Ordinis: ergo nulla est congruentia, ut dicamus, sufficere ad eius receptionem voluntatem alienam.. Respondetur negando, maiore, cum Vazquez ibi num. 13. & videtur aperte colligi ex Scot. in 4. dist 4. q. 2. §. Ad questionē vers. Ad secundū: vbi affirmat, parvulum non baptizari in fide parentum; immō neque Ecclesiæ, &c. ¶ Objecies secundō, quod ly *Accipe potestatem*, &c. denotat a tione, seu acceptationem recipientis: ergo requiritur consensus recipientis: quia sine isto non datur actio humana. Respondebitur negando consequentiā. Ad probationem dico, quod illa actio, seu tangentia materia facta à parvulo non erit moralis, aut humana, seu meritaria; erit tamen sufficiens ad va- lorem Sacramenti.

¶ Eodem modo, ac de parvulo, loquendum est de amēte, qui numquam vsus est ratione. De illo autem, qui aliquando vsus est ratione, existimat *Aegidius disputatione 20. num. 100.* non posse validè Ordinari: quia reputatur esse in habituali voluntate non recipiendi Ordines. Quod verum iudico, si antequam incideret in dementiam, habuit voluntatem non recipiendi Ordines: in qua, dum dementia perseverat, merito reputatur permanere. Sin vero ante dementiam nullum actum

circa' non receptionē Ordini- num elicit, non video, cur non possit validè Ordinari: tunc enim reputandus est, sicut parvulus, qui ad usum rationis non pervenit: aut sicut perpetuo a- mentes; in quibus nullus con- sensus requiritur: vt constat ex nuper dictis. ¶ Hinc inferatur, etiam parvulum, aut amentem posse validè consecrari in Epis- copum. Quia Episcopatio se- cundū id, quod addit supra Sa- cerdotium, est Ordo, & Sacra- mentum, ac imprimis chara- cterem: qui est potestas utendi tali munere in Ecclesia. Reco- lantur dicta num. 9. 14, & 30.) Sed parvulus, & amentes pos- sunt recipere Sacramentum Or- dinis, & eius characterem: (vt constat ex nuper dictis) ergo validè posunt consecrari in E- piscopos. ¶ Dices: parvulus (& amens) non potest validè contrahere matrimonium: ergo neque fieri Episcopus. Patet consequentia: Episcopus enim contrahit matrimonium cum Ecclesia sibi tradita. Respon- detur negando consequentiā.

Ad probationem dico, il- lud matrimonium non esse verum, sed similitudina- rium.

De requisitis ex parte Ordinandi.

DVBIVM XXXVI.

92 **P**etes 36. an ex parte Ordinandi aliquid ab Ecclesia ad debitam, seu congruentem Ordinationem sit requisitum? Responde, affirmativè. Requiritur enim congrua etas: item scientia; non habere interititia; beneficium, aut patrimonium, & quod Ordines certis temporibus conferantur. Quae omnia singulatim sunt declaranda.

De etate.

93 **T**RIDENTINUM sessione 23. cap. 4. de Reformatione requiriens certam scientiam in illo qui recepturus est primam tonsuram insinuare videtur, in eo etatem novem annorum esse illi necessariam: etenim ante novenum annum certa scientia regulariter non datur. Pro minoribus autem Ordinibus videtur insinuari etas duodecim annorum. Sed in his vni est standum. ¶ In cap. autem duodecimo expresse determinatur, quod nullus ad Subdiaconatum ante vigesimum secundum; ad Diaconatum ante vigesimum tertium; & ad Presbyteratum ante vigesimum quintum etatis suæ annum promoteatur. ¶ No-

tant autem communiter sufficere, primam diem ultimi anni attiguisse. Tum quia sic verificatur, habere praedictum annum saltē inchoative. Tum quia est materia odiosa: odia autem sunt restrin-genda.

94 Nota, hoc decretum Tridentini etiam comprehendere Regulares; ut declarat idem Concilium, non obstantibus eorum privilegijs. Quare revocatum manet privilegium nobis Minoribus concessum ab Innocentio VIII. vi Generalis, & Provincialis possent dispensare, ut eorum subditi possint, completo anno vigesimo secundo, ad Presbyteratum promoveri. Et quanvis Pius V. voluerit, ut Mendicantes, non obstante Tridentino, vterentur suis privilegijs, tamen Gregorius XIII. id revocavit per motum proprium. Et licet ipsem et Gregorius XIII. restituerit Mendicantibus sua privilegia; (ut Cardinales congregationis Tridentini referunt) tamen hoc solum fuit ad forum conscientiae: & ob hoc non possunt uti dicto privilegio dispensandi in etate ad Presbyteratum requisita: quia hoc videtur spectare ad forum exterius, cum ipsi non Ordinent suos subditos; sed ipsos mittant cum suis dimissorijs ad Episcopos. Hæc omnia dicit Gaspar. Hurtado diffic. 21. ex Vazquez disputatione 236. à num. 42. ¶ Ego autem existimo, hac tem-pesta-

pestate nullo modo posse Regula res vesti dicto privilegio, saitem ex eo capite, quod concessio Pij V. (qua concedit, Mendicantes posse in foro conscientiae ut suis privilegijs, etiam contra Tridentinum, est vivæ vocis oraculum, teste nostro Emanuele Rodriguez in q. Regul. tom. 1. q. 8. art. 9.

¶ Existimo, etiā esse vivæ vocis oraculum restitutionem privilegiorum Mendicantium factam à Gregorio XIII. Omnia autē vivæ vocis oracula annullasse Gregorium XV. & Urbanum VIII. dicitant. Immò per constitutio nem nostri Sixti V. contra male promotos (quæ incipit Sanctum, & salutare) revocata manet concessio Pij V. vt advertit noster Villalobos diff. 11. num. 8. Et idē dicendū est de concessione Gregorij XIII. & de quacumque alia antecedenti.

94 Notant communiter, eū, qui mala fide, vel temere Ordinatur ante legitimam ætatem à Tridentino præscriptam; ipso facto incurtere suspensionem positam à Pio II. quam Sextus V. auxit, & confirmavit Clemens VIII.

¶ Dixi autem consultò mala fide, vel temere: hoc enim denotat ly præsumperit positum in prædicta constitutione. Quare AA. communiter excusant eum, qui bona fide Ordines suscepit ante legitimam ætatem.

tem.

DUBIUM XXXVII.

95 ¶ Etes 37. an, qui bona fide Ordinatus est ante legitimam ætatem, si postea id cognoscat, possit ante legitimā ætatem sine peccato celebrare? Respondeatur affirmatiè. Quia concilium solum prohibet Ordinationem ante ætatem à se præscriptam, non autem exercitium Ordinis, qui sine peccato est receptus: ergo non est extendendū. Patet consequentia: quia odia nō sunt extendenda, sed potius restringenda. Ita Navarrus, cuius sententiam probabilem reputat Le desma in summa tom. 1. de Sacrament. Ordinis cap. 7. concl. 1.

¶ Sed oppositum defendit noster Villalob. tom. 1. tractatu II. diffic. 11. num. 7. cuius sententia communis est, & practicatur, teste Diana 3. part. tract. 4. Resolut. 182. Pro qua sententia obiicitur: in iure est prohibita Ordinatio ante legitimam ætatem: ergo & exercitium Ordinis. Respondeatur negando consequentiam: talis enim prohibitio est materia odiosa: (vt potè tollens libertatē Ordinandi) & consequenter potius restringenda, quam extendenda. ¶ Obiicies secundò, qui bona fide suscepit Ordines ante legitimam ætatem, potest ante illam celebrare sine peccato etiam postquam id cognoverit? ergo qui mala fide fuit Ordinatus poterit sine culpa exere-

exercere ordines, si absolutus fuit a suspensione. Respondeatur negando consequentiam: quia mala illa fides in radice, seu in Ordinatione impedit adhuc post absolutionem. Alias, si non impediret, daretur occasio peccandi, seu recipiendi Ordines ante etatem praescriptam. Quod non sequitur in nostro casu.

96 Ex nostra conclusione infertur, eum, qui bona fide fuit ordinatus ante legitimam etatem, non incurrisse suspensionem impositam contra promotos ante legitimam etatem. Neque incurrit irregularitatem (si postea celebret) impositam contra illum, qui celebrat existens sub aliqua censura. Quia ubi non est culpa, nulla ex his, aut alijs poenis incurri potest. Ita Portel, Miranda, Filiuciis, Suarez, & G. Hurt, quos citat, & sequitur Diana 3. tract. 4. Ref. 182.

De Scientia.

97 **S**Vppono, illiteratum esse irregularem, id est, inhabilem ad licet suscipiendum Ordines. Et ideo Tridentinum ses. 23. cap. 4. de Reformat. dicit, quod recepturus primam tonsuram sciat legere, & scribere: recepturi autem Ordines minores linguam Latinam intelligent. Ita cap. 14. Et addit: arque ita de gradu in gradum ascendent, ut in eis cum erat evit e meritorum, & doctrina maior accrescat. Agendo autem de Sub-

diacono, & Diacono petit in eis scientiam ad suum ministerium necessariam. ¶ Præcipit denū, ut Præsbyteri sint idonei ad populum docendum ea, que seire omnibus necessarium est ad salutem, ac ad ministraenda Sacra menta, diligenti examinatione præcedenti, idonei comprobentur. Quæ verba si strictè forent accipienda, strictius forent examinandi Sacerdotes. Sed iam fert usus, ut sufficiens reputetur etiam ad Sacerdotium, qui mediocrem notitiam habet linguae latine; neconon & materiarum, & formarum Sacramentorum. ¶ Immò notat noster Villalobos tom. I. tract. 21. diff. 34. nu. 5. minorem scientię notitiam requiri in religioso, quam in seculari. Tum quia degunt in cœnitate, in qua nullus error incorrectus evadit. Tum quia non ordinantur in curam animarum. Quare dixit D. Hier. apud Villalobos ibi: *Monachus non docentis, sed plangentis habet officium.* Vbi multa scitu digna dicit prædictus Author: inter quæ affirmat, secundum posse Episcopum acquiescere litteris Prælatorum, in quibus fidem faciunt, Ordinandum sufficienti scientia pollere.

De Interstitijs.

98 **T**Ridentinum ses. 23. cap. 11. alsignat interstitia, seu intervalla temporis decurrentia inter receptionem duorum Ordinum Majorum; minores enim

enim simul iam conferuntur in Hispania, ut communis vius Episcoporum manifestat. Igitur requirit Concilium, quod integer annus mediet inter receptionem Diaconatus. & Præsbyteratus. Idemque inter Subdiaconatus, & Diaconatus receptiones præscribit. Relinquitur tamen Episcopi iudicio, ut in interstitijs dispensem, prout necessitas, vel utilitas Ecclesiæ postulaverit.

DV BIVM XXXVIII.

99 **P**etes 38. an, annus, qui inter daos Ordines flueredebet, sit Solaris? (qui contineat 366. dies, & 4 ex horas: istæ autem in anno vii sexili non reperiuntur) an vero Ecclesiasticus? Nempe qui fluit inter duas celebrationes ciuidem fæsi mobilis: v.g. inter Quadragesimam huius, & præteriti anni. Resp. sufficere annum Ecclesiasticum, quia odia sunt restringenda. Secundò, quia extat declaratio quædam, quam ex Farinacio assert nosler Villalobos diff. 12. n. 6. & est huiusmodi. *S. D. N. ex sententia Congregationis dixit, attendendum esse cursum quotubr dictorum interstitiorum;* Non autem tempus duodecim mensium completorum.

100 Benè notant Villalobos ibid. 8. & F. Ioannes de la Cruz in Epitome lib. 2. c. 4. §. Secundo sequitur, quod licet Gregor. XIII. expresit, non esse communia-

candum ab alijs Religionibus privilegium dispensandi in interstitijs, quod ipse et concesserat Generali, & Provincialibus Societatis Iesu. Hoc tamen non obstante dictum privilegium participant aliae Religiones. Quia Clemens VIII. ex certa scientia, motu proprio, & de plenitudine potestatis confirmat nostra privilegia: qua confirmatione non solum confirmat, sed etiam innovat omnes concessiones, & Privilegia concessa à Sede Apostolica; etiam si ab aliquo Pontifice fuerint revocata. Præterea Gregorius XIII. Bulla IH concessit Ordini Cisterciensium communicationem Privilegiorum Societatis Iesu; etiam si specialem, & idividuam requirant mentionem, ac particularem insertionem. Idem Pontifex idem concessit Ordini Crucifigerorum. Quare, cum nos, & aliae Religiones communicemus in privilegijs, in predictis communicamus, & consequenter communicamus, seu habemus participationem dicti privilegij Societatis: ac per consequens nostri Provinciales dispenses interstitia.

De Beneficio, & Patrimonio.

101 **T** Ridentinum ses. 21. c. 2. de reformatione Statuit, ne quis deinceps Clericus secularis, quamvis alias sit idoneus moribus, scientia, & etate ad sacros ordines promoueatur, nisi prius le-

legitimè constet, eum Beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victimum honestè sufficiat, pacificè possidere. Id vero beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus, nec ea resignatio admittatur, nisi constet, quod aliunde commodè vivere possit. Et infra Patrimonium vero, vel pensionem obtinentes ordinari posthac, non possint, nisi illi, quos Episcopus indicaverit assumendos pro commoditate, vel necessitate Ecclesiarum suarum: eo que prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem vere ab eis obtineri, taliaque esse, que eis ad vitam sustentandam sati sunt, atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliundè habeant, unde vivere possint. Antiquorum Canonum penas super his innovando.

102. Hinc inferunt AA. tam ordinatum, quam Episcopum Ordinantem peccare, si contra formam huius decreti faciant; quod peccatum erit mortale, quia materia est gravis. Immò, Ordinatus incurrit suspensioni positam in capite. Nemo d. 7. Nō tamen maneret suspensus, si distraheret patrimonium; quia suspensio solùm est posita contra eum, qui te ordinat sine patrimonio, ut cum Gutierrez, & Salcedo alvertit Villalobos. diff. 15. num. 7. ¶ Iaferant etiam, Religiosos professos sine alio titulo

posse Ordines recipere: vt colligitur ex ly Clericus sacerdotalis; & Ordinavit Pius V. in quadam constitutione anno 1568. Immò idem concelsit Gregorius XIII. Religiosis Societatis Iesu, qui tria vota emiserunt.

DUBIVM XXXIX.

103. ¶ Etes 39. an Ordinatus cū Patrimonio facto (nemp̄ dato, vt post Ordines, illud restituat danti) incurrit suspensionem? Respondeatur negativè. Quia pactum illud de restituendo, vel reddendo patrimonium est nullum, vel saltē rescindibile: (iuxta diversas sententias) ergo est vere patrimonium: ergo, qui ad eius titulam Ordinatur, non Ordinatur sine Patrimonio; & consequenter non incurrit suspensionem positā contra Ordinatum sine Patrimonio. Ita Ledesma, & Villalobos, quos sequitur Diana 3. p. tract. 4. resol.

104. ¶ Sed oppositum defendit Avila, & Ioannes de la Cruz, qui citat Cordubam, & Lopez. Pro qua sententia obicitur: illa donatio est conditionata; ergo Ordinatus tenetur illam restituere: ergo manebit Ordinatus sine patrimonio. Respondeatur negando consequentias: primam, (inquam) quia est contra dispositiōnem iuris; quare Ordinatus non potest in conscientia talem redictionem facere, sibique imputet, qui fraudulentè ita dō: avit

Patrimonium : ius enim meritò dispositum, ut, in poenam peccati, quo voluit fallere Episcopū Ministrum Ecclesiæ, privaretur prædicta quantitate donata.

104 Notant AA. ex cap. *Cum Secundo*, Episcopum teatri ad sustentandum Ordinatum, qui sine aliquo indecenti exercitio degere non potest. Si tamen aliquis carens beneficio, aut Patrimonio congruo (iudicium istius congratulatis, seu sufficietiae pertinet ad Episcopum) faceret partum cum Episcopo se nunquam alimenta ab ipso petiturum, & hoc pacto ille Ordines maiores reciperet, talis Ordinum collatio esset Simoniaca; ut ex Salcedo, & Felino notat Villalobos tract. 11. diff. 15. n. 9.

De Temporibus conferendi Ordines.

105 Certum est, primam tonsuram quavis anni tempore, quavis hora, & loco posse conferri. Atque minores Ordines quavis die Dominica. Immò veniam, aut alteram personā quavis die festo posse ad minores Ordines promoveri, dicunt cōmuniter AA. ¶ Fert autem usus in Hispania, quod Ordines Minores conferantur in iejunio quatuor temporum ante Sabbathū; quod introductum videtur, ne Ordines minores, & etiam Diaconatum aliquis reciperet in eodem die: quamvis (ut ex Vaz-

quez notat Hurtado) hoc nullo iure sit prohibitum: Quare aliquid Episcopus Ordines Minores, & similiter Subdiaconatum eodem die confert. ¶ Ageudo autem de Ordinibus majoribus in cap. *Dilectis*, & in Trident. ses. 23 cap. 13. de ref. disponitur, ne duo Ordines maiores in eodem die conferantur. Immò dies, in quos sunt conferendi, debet esse Sabbathum quatuor temporum anni: atque Sabbathum ante Dominicam Passionis, & Resurrectionis; ut dicitur cap. *De eo autē*, & fert usus. ¶ Episcopatum demum solum posse conferri in die Dominica, constat ex antiqua praxi Ecclesiæ, & tradit Leo I. Epist. 79. cap. 1. ut dicit Hurtado. ¶ Denique pro complemento huius dubij videndus est tractatus de irregularitate; qui enim aliqua irregularitate afficitur, illicitè recipiet Ordines (licet validè) sicut & qui iam est Ordinatus, illicitè in ordine recepto administrabit, superveniente irregularitate.

De Continentia adiuncta Ordinibus Majoribus.

DUBIUM XXXX.

106 Petes 40. an Ordinibus iniciati aliqua speciali lege teneantur ad continentiam? Respondetur, sub distinctione. Etenim iniciati Ordinibus minoribus nulla speciali lege tenentur

continentiam servare. Quare valide, & licet e possunt matrimonium ducere, & prædicto matrimonio vti: sicut reliqui Christiani. Nec committunt peccatum distinctum à fornicatione, si ante matrimonium se mulieribus immisceant. ¶ Initiatu autem maioribus ordinibus prohibiti sunt matrimonium contrahere: Immo ad id sunt inhabiles: ut constat ex Trident. *ses. 24. can. 9.*

D V B I V M XXXXI.

107 **P** Etes 4^r. an , iustē Ecclesia nullum admittat ad ordines maiores , nisi vo veat omnimodam cōtinentiam? Respondeatur affirmativè ; quia talis deputatur ministerio sacro; (inquit Scotus in 4. d. 37. §. ¶ vers. Dico igitur) quod requirit munditiam mentis, & carnis, perspicacitatem intellectus, fervorem affectus : ad quae omnia disponit continentia; & ad eorum opposita frequentia carnis actus. Est convenientia Catholicorum.

108 Sed hoc male, & ægerri mē auditur ab Vviclepho , & alijs hæreticis: & contra illud obijciunt: quod primē ad Timoth. 3. dicitur, Episcopum debere esse viuus vxoris virum. Respondeatur ex Scoto in 4. d. 37. §. ¶ vers. ad argumenta, nunquam fuisse licetum ordinato Ordine Sacro , contrahere matrimonium; quāvis in priuitiva Ecclesia lictus fuerit Ecclesiasticis, qui, antequā

ordinarētur , matrimonium duxerant, vsus ipsius matrimonij. Apostolus autem ibi solum prohibet, assumi ad Sacros Ordines bigamum, seu illum, qui plures uxores habuerat . ¶ Obi. secundo, quod Ecclesia per hanc dispositionem præjudicat , seu iniuriam facit illis , qui in Sacris Ordinibus sunt constituti: cūm matrimonium pro omnibus sit institutum. Resp. ex Scoto ibi §. ¶ vers. Dico igitur negando; quia Ecclesia nullum cogit ad susceptionem Ordinum ; & alias satis publicavit, quod per talem Ordinem redditur cuius inhabilis ad contrahendum: & ideò ipsem et suscipiens Ordinem voluntariè incurrit talem inhabilitatem.

¶ Obi. tertio, quod Apostoli habuerunt uxores: ergo non dedecet Præsbyterum, &c. vsus matrimonij. Respondeatur distinguendo antecedens: ante Apostolatum, omitto: (de quo antiqui variè senserunt) post Apostolatum illas duxerunt, aut matrimonio prius contracto vii sunt, nego. Immo hoc argumentum maximè hæreticis nocet: etenim (vt advertit Aegidius disp. 20. n. 112.) ex testimonio totius antiquitatis constat, omnes Apostolos post electionem in Apostolatum omnino continentē sine ullo vsu matrimonij vixisse: licet fateantur aliqui AA. nonnulli, ex Apostolis fuisse matrimonio adstrictos ante Apostolatum: ergo: quia iudicarunt dedecere Præs.

Præsbyterum, &c. thorum matrimonialem. ¶ Obi. quarto, quod canon 6. Apostolorum præcipit Episcopo, ne vxorem prætextu religionis abijciat. Respondetur solum præcipere, ne uxori, quam ante Episcopatum duxerat necessaria ad victimum subtrahat, iuxta illud 1. ad Timotheum 4. Si quis autem suorum, & maximè domelicorum curam non habet, fidem negavit, & infideli deterior est.

109 Obi. quintò, quod Concilium Grangrense can. 4. dicit: Si quis discernit Præsbyterum conjugatum tanquam occasione nuptiarum, quod offerre non debeat, & ab eius oblatione idèo abstinet, anathema sit. Respondetur, damnare quosdam hæreticos, qui dicebant nuptias esse malas, & conseqüenter dicebant eum, qui matrimoniū duxerat, esse incapacem Præsbyterij, etiam si postea continenter viveret. ¶ Obi. iexto, quod Paphnutius in synodo nizana persuasit omnibus Patribus violentibus prohibere Sacerdotibus usum matrimonij, quod illis talem usum permetterent. Respondetur, solum probari non semper fuisse prohibitum in Ecclesia Presbitero, & alijs in Sacris ordinibus constitutis usum matrimonij iam contracti; vt ex Scoto notabamus numero præcedenti. ¶ Respondetur secundò, apocrypham esse illam historiā, seu narrationem, aut (proprius loquendo) merè fabulam: (vt

norat Aegidius disp. 20. n. 113.) sicut & est confuta Epistola Vdalrici, in qua narratur, sex millia capita infantium occisorū fuisse à pescatoribus reperta in piscina Papæ. Quod cùm D. Gregorius intellexisset, habuisse ortum ex occultis Clericorum fornicationibus; eoquod ipsis connubia interdixerat; valde se hoc fecisse doluit; & legem revocavit. Sed quām fictum, & apertis mendacijs hoc scateat, clarè demonstrat Aegidius ibi.

DUBIUM XXXII.

110 Petes 42. An Sacris iniciati sint prohibiti etiam iure divino positivo matrimoniiducere? Respondetur negativè. Quia de illo non coniat. Ita Scotus in 4. d. 37. q. & vers. Dico igitur, (verbis illis sed ex hoc, quod Ecclesia facit talem personam illegitimem) Vazquez, Sontus, Laiman, & Aegidius, quos sequitur Hurtado diff. 24. ¶ Dices, quod ipse net ordo Sacer reddit inhabilem ordinatum ad contrahendum ex Christi D. institutione; licet hoc non legatur in Scriptura. ¶ Sed contra est, quod, cùm hoc non constet ex Scriptura, vel saltem ex aliqua probata historia, voluntariè dicitur. Secundò, quia, si ipsemnet ordo Sacer redderet hominem inhabilem ad contrahendum, nō posset dispensare Papa, vt Sacris ordinibus iniciatus contraheret:

euīus oppositorum sāpē fecisse, dicunt AA. Terriō, quia multa Concilia, & Pontifices prohibent, in sacris constitutos matrimonium ducere: (de quo Videbās est Vazquez à disp. 247. a. n. 50.) Quod omnino fāsilēt superfluum, si divino iure iam eset interdictū.

111 Sed Franciscus Turrianus lib. de 6. 7. & 8. Synod. generali, Clictobeus, Maior, & Medina citati à Vazq. disp. 249. n. 1. & ab Hurt. diff. 24. dicunt, teneri ex iure divino in maioribus ordinibus constitutos non ducere matrimonium. Et obi. quod Ecclesia tām Græca, quam Latina vñiformiter abstinet à matrimonio contrahendo post Sacros ordines: ergo, quia est de iure divino, in hoc convenerunt. Respondeatur negando consequentiam: convenit enim utraque Ecclesia in multis alijs, quā non sunt de iure divino.

D U B I U M XXXXIII.

112 Petes 43. an Sacris Ordinibus initiati solo iure Ecclesiastico sint prohibiti uti matrimonio ante Ordinationē contracto? Respondeatur affirmativa, quia non constat de aliquo iure divino. Secundo, quia Græci vtuntur matrimonio ante Ordines initio; ergo non est de iure divino: ergo de Ecclesiastico. Ita Scotus in 4. 4. 37. §. & vers. ad argumenta D. Thom. noster Medina,

Bellarminus, Vazquez, & cōmūniter Doctores, quos citat & sequitur Hurt. diff. 25. & Egidius dis. put. 20. n. 120. ¶ Franciscus Turrianus num. p̄cedenti citatus oppositum defendit; & obijcit, quod Sixtus III. dicit, necesse esse Sacerdotes continentēs esse non quoniodocunque, sed secundūm Scripturam: ergo est de iure divino. Respondetur negando cōsequentiam; quia etiam secundūm Scripturam bigamus nequit esse Sacerdos; & tamē præceps de non admittendo bigannum ad Sacerdotium non est divinum, sed Apolito hūc.

¶ Plura alia obijcit, sed solutio facilia.

D U B I U M XXXXIV.

113 Petes 44. quo tempore Ecclesia præcepit cōtinentiam Sacris Ordinibus initiatis? Respondeatur, quod à tempore Apostolorum, in quorum Canone 26. dicitur: in noctijs astem, qui ad Clerum provecti sunt, præcipim⁹, ut, si voluerint, uxores accipiant; sed Lectores, cantoresque tantummodo. Vnde saltēm constat, nunquam licuisse prædictis matrimonium ducere.

114 Difficilius tamen est asig-
nare tempus, quo cōcepit prohibi-
tio matrimonij ante Ordines
contracti. Circa quod solum illud
est mihi certū, nempe quod
à Concilio Elibertino (quod ce-
lebratum est Hispaniæ circa tē-
porē

pora D. Silvestri Papæ, & Concilij Nicæni, & Constantini Magni Imperatoris circa annum 320. & cui præfuit Osius Cordubensis) id in Ecclesia Latina permäserit. In Græca autem abijt in disuetudinem; ut communiter dicunt AA. Quod autē hoc in prædicto Concilio fuerit statutum, constat ex cap. 33. vbi sic dicitur: *placuit in totum prohibere Episcopis, Presbyteris, Diaconis, ac Subdiaconis positis in ministerio abstinerere se à coniugibus suis, & non generare filios, quod quicumque fecerit, ab honore clericatus exterminetur.*

DV BIVM XXXV.

115 **P**etes 45. an Sacris iniciati obligentur ad continentiam immedietè per legem Ecclesiasticam? An mediante voto? Respondeatur utrumque teneri, nempe & ex lege Ecclesiastica immedietè hoc præcipiente; & simul ex voto Sacris Ordinibus ex lege Ecclesiastica annexo. Probatur conclusio quo ad primam partem ex Concilio Elibertino nuper citato. Quoad ultimam autem probatur ex capite *Nullus d. 28.* vbi præcipitur, ut nullus deinceps Subdiaconus Ordinetur, nisi prius castè victurus promittat; & etiam, ut votū continentiae ab Ordinandis Sacris ordinibus exigatur. Ita Ægidius disp. 20. num. 129. *Rebellus lib. 3. de Matrimonij impedimentis*.

tis quest. 10. & G. Hurtado dif. sicc. 26.

116 Vnde constat, non esse admittendam sententiam Paludani in 4. dist. 37. q. 1. art. 2. Valentiæ q. 5. puncto 5. & plurium aliorum, quos citat Sanchez lib. 7. de Matrimonio disp. 27. n. 9. qui dicunt, ordinatos Sacris ordinibus solo præcepto Ecclesiastico teneri ad continentiam. Pro qua sententia Ægid. disp. 20. n. 125. & Hurtado diff. 26. citant Scotum in 4. d. 37. §. *Dico igitur. Immerito tamen; quia ibi solum querit rationem, ob quam talis sit impeditus ad contrahendum? (impeditus, inquam, taliter, vt validè contrahere non possit) & respondet, rationem esse, quod ab Ecclesia fuit inhabilitatus. Non tamen negat; immò apertissime supponit, Ordinem sacram habere annexum votum continentiae. Quod videntur negare AA. huius sententiae.* ¶ Constat etiam non esse sustinendam sententiam affirmantem, Sacris initiatos non teneri immedietè ad continentiam ex lege Ecclesiæ, sed ex voto Sacris ordinibus ex lege Ecclesiastica annexo. Quam sententiam defendunt noster Medina lib. 5. de Continentia cap. 2. Caiet. t. 1. tract. 27. & Vazquez disput. 247. Igitur neutra ex his sententijs est sustinenda. Non prima: quia contra illam militat probatio posterioris partis nostræ conclusionis, seu caput illud *Nullus, vbi præcipitur, nullum admitti*

saecos Ordines, quin emitat votum castitatis. Contra secundam autem sententiam militat probatio prioris partis nostrae conclusionis seu caput illud 33. Concilii Elibertini; in quo præcipitur prædictis coniugam abstinentia.

117 Ex nostra autem conclusione infertur, quod, si quis, quando Ordines Sacros recepit, non emitteret votum continentiae saltè implicitum, (quod semper elicetur ab ordinato; eo ipso quod voluntariè sacrum Ordinem recipit, nisi alias oppositum affectum haberet) solum ex lege Ecclesiastica teneretur ad continentiam. Et consequenter non committeret speciale peccatum distinctum à luxuria per internum actum, seu affectum libidinosum: sed solum quando exterius luxuriaretur: etenim Ecclesia non potest præcipere actus merè internos. Esset tamen in continuo peccato mortali inobedientiae: quia Ecclesiasticum præceptum de emittingendo votum obligat non solum in ipsa receptione Ordinis; sed etiam postea toto tempore vitae. ¶ Dices, quod est præceptum positivum: ergo non obligat pro semper. Respondeatur, esse virtualiter negativum: sicut est præceptum restituendi: cuius obligatio semper perseverat. Itaque sicut præceptum restituendi virtualiter, aut æquivalenter prohibet retinere alie-

num. Ita præceptum continentiae sacriss ordinibus initiatis impositum, virtualiter, aut æquivalenter prohibet ascendere ad statum Sacrum, aut in illo permanere sine voto continentiae.

118 Infertur secundò, eum, qui ante vsum rationis ordinatur, nullo modo teneri ad castitatem ratione voti. Quia neque emisit votum explicitè, (vt de se patet) neque implicitè, aut interpretative: nullum enim est caput ad interpretandum, istum vovisliè castitatem. Immò existimarem ego, neque teneri ad castitatem ratione præcepti Ecclesiastici. Quia mihi satis difficile appareat, Ecclesiam velle obligare arduo continentiae præcepto eum, qui nullo modo in suam ordinationem consensit. Quod clare innuit Scotus dist. 37. §. Dico igitur, dum affirmat, Ecclesiam non præjudicare alicui in suo iure; eequod non cogit aliquem ad susceptionem Ordinis Sacri: & satis (expende) publicavit, quod post talem Ordinem suscepimus suscipiens est inhabilis ad contrahendum. Sentit ergo, quod, si ab Ecclesiae ministro Ordinaretur sine proprio consensu, præjudicaretur in suo iure, si ad continentiam obligaretur: cum respectu istius non satis publicasset, quod suscipiens est inhabilis ad contrahendum. In quo videtur consentire Aegidius disput. 20. num. 134. ¶

135.

119 Idem dicendum est de illo, qui inculpabiliter ignorabat, continentiae votum, & Ecclesiasticum præceptum coniunctum esse susceptioni Ordinis Sacri. Quia respectu istius Ecclesia non satis publicavit, eum, qui recipit Ordinem Sacrum, manere inhabilem ad contrahendum. Ita tenent aliqui, quos Suppetro nomine citat Aegidius dis. 20. num. 139. Quam sententiam ipse sequitur cum hac limitatione, quod procedat quando Ordinatus habuit rationes probabiles pro sua ignorantia; quia scilicet videbat, alios Ordinatos contrahere, neque Praelatos hoc prohibere. Quod olim in Subdiaconis Siciliae evenisse, aperte constat ex quodam responso D. Gregorij lib. 1. Epist. 42. circa medium. Ego tamen hanc limitationem non admitto: quia ratio D. Gregorij militat in quacumque ignorantia inculpabili: dicit enim, nimis durum esse prædictis Subdiaconis vnum matrimonij interdicere: quia, cum fuerint Ordinati cum ignorantia obligacionis continentiae, non potuerunt censeri, eam acceptas. Quæ ratio currit de quaeunque ignorantia inculpabili. Immò & de inadvertentia inculpabili. Et ob hoc excusat à fractione ieiunij, qui ex quoenque capite illud inculpabiliter ignoravit; vel non advertit currere præceptum illius:

ergo à simili in nostro casu. Quæ re addo, quod, si dari posset causus, in quo ille, qui Ordines suscipit, in nullo instanti totius temporis, à quo determinavit Ordinem Sacrum receptione, usque ad eius receptionem advertit, obligationem continentiae illi statui esse annexam, non maneret obligatus, licet antecedenter scivisset prædictam obligationem. Quia non minus excusat inculpabilis inadvertentia, quam ignorantia Ecclesia enim solùm præcipit actiones humanas; non vero naturales, seu involuntarias; qualis est, quæ fit cum inadvertentia inculpabili.

D V B I V M XXXXVI.

120 P Etes 46. an, qui Ordinem Sacrum suscipit ob metum eadentem in vitum constantem, (v. g. ob metum mortis sibi ab aliquo inferendæ; &c.) obligetur ad continentiam? Respondetur negative. Quia votum sic factum est irritum: vt constat ex cap 1. § 6. de his, quæ vi, &c. Merito autem irritatur tale votum à iure, aut potius declaratur irritum: quia nullo modo censeri potest Deum acceptare prædictum votum. Ita noster Villalobos diffic. 14. num. 4. Rosela, Angelus, Navarrus, Sotus, &c. &c. & Sanch. quos citat, & quorum sententiam magis probat Aegidius.

Egidius disp. 20. num. 145.

¶ Dices: saltem tunc obligat præceptum Ecclesiæ. Respondeatur, Ecclesiæ non obligare cum tanto dispendio: ut in præcepto ieiunij, auditionis missæ, &c. dictatur. Et merito: est enim suave iugum Christi Domini.

121 Sed oppositum defendunt *Paludanus in 4. distinct. 38. quest. 3. art. 4. Sotus lib. 7. de Iustit. quest. 2. art. 5. ad ultim.* (quamvis alias in 4. distinct. 25. quest. 1. art. 2. ad 3. sit pro nostra sententia) *D. Antoninus, Abbas, & Armilla.* Pro qua tententia obijicitur: sequi ex nostra, eum, qui in naufragio positus, vel in gravi infirmitate vovit religionem, &c. non teneri. Patet, quia id vovit, vt fugiat mortem. Respondeatur negando sequelam. Ad probationem dico, metum carentem in viru constantem vocari ab Authoribus illum, qui iniuste ponitur: de quo tantum procedit nostra conclusio. ¶ Obi. secundo: accessorum sequitur naturam sui principalis: sed Ordo tenet ergo, & votum. Respondeatur, cum Egidio disp. 20. num. 151. maiorem esse veram: quando in utroque est pars ratio: quæ non est in praesenti: nam ponantur omnia essentialia Ordinis: voto autem deest acceptatio Dei (& ideo ab Ecclesia irritatur, seu declaratur esse irritum) essentialiter requisita ad

eius valorem. ¶ Obijiciunt tertio, quod in Concilio Toletano VIII. cap. 7. dicitur invitè Ordinatos teneri, permanere in statu Ecclesiastico. Respondeatur, loquide illis, qui postea per liberam in Ordine administrationem, ratum habuerunt Ordinem suscepunt. ¶ Obijiciunt quartò, qui ob metum fit Christianus, tenetur legem Christianam observare: ergo à simili, qui ob metum vovet, tenetur voto. Respondeatur negando consequentiam. Disparitas autem est nota: iure enim divino omnes tenentur baptizari: quare ita compellus ad nullam obligatur, ad quod antea non teneretur saltem immediate. Ordinatus autem suscipit obligationem, ad quam nullo modo tenebatur. Quare necessarium est, vt liberè hanc sibi imponat obligationem, aut subeat statum, cui illa obligatio est annexa.

122 Obijiciunt secundo, Deus acceptat iuramentum promissorum iniuriosè extortum: ergo, & votum. Respondeatur negando antecedens, aut eius suppositum, neimpè quod Deus in iuramento aliquid propriè acceptet: cùm enim propriè loquendo nihil Deo offeratur per tale iuramentum, nihil propriè potest acceptare. ¶ Dices, hoc arguimento solùm adversarios probare, Deum velle, quod illud votum impleatur: sicut vult, quod impleatur iuramentum promissum.

rium iniuriosè extortum. Res pondetur , velle quidem Deum, quòd tale iuramentum adim pleatur ; non tamen vult , quòd votum prædictum adimpleatur : seu propriùs loquendo obligatus manet quis ad implendum iura mentum iniuriosè extortum ; non autem simile votum : quia valor , seu subsistensia voti de pendet ab acceptatione : (quæ non est in Deo, quando votum iniustè extorquetur) iuramen tum autem subsistit independē ter ab huiusmodi acceptatione ; non quidem ea parte , qua est promissio ; sed quatenus adducitur Deus in testem adimple tionis. ¶ Instabis : ergo nequit Deus facere , quòd iuramentum promisorium non obliget iu rantem. Respondetur distinguē do: immediate , concedo : (Si cut enim non potest facere , quod iurans non sit obligatus ad testificandum verum: ita non potest facere immediatè , quòd non sit obligatus ad implendum illud , in cuius adimpletionis te stimonium Deum testem adduxit , seu quod se adimpleturum promisit , teste Deo.) media te , nego : quia potest , vt sum mus omnium Dominus , face re , vt promissio aut ab initio sit irrita ; aut postea desinat ob ligare. Quo posito , definit ob ligatio iuramenti , tamquam accessoria. Et hoc modo di cuntur Prælati dispensare in iu-

ramento promissorio per me tum extortum : vt bene notat Ægidius disputatione 20. num. 148.

DUBIVM XXXXVII.

123 P Etes 47. a doli capa ces, qui ante annos pu bertatis ordinantur ; teneantur ad continentiam : (Doli capa ces dicuntur , qui habent suf ficientem usum rationis. Anni pubertatis , seu anni nubiles sunt in viris quatuordecim , & in foeminae duodecim : ante quorum impletionem ius pro hibet connubia : quia præsumi tur , nondum esse aptos genera tioni ; necnon , & carere cog nitione requisita ad tantum ne gotium .) Respondetur negati vè. Quia Tridentini sessione 25. cap. 15. irritat votum so lemne Religionis ante prædictam æratem : ergo idem est dicendum de voto adiuncto Ordini Sacro : militat enim ea dem ratio , (quamvis dispari tatem conetur assignare Ægi dius disputatione 20. num. 136.) scilicet gravitas negotij. Ita mo ster Villalobos tomo 1. tractat 14. difficult. 14. num. 4. qui ci rat Hostiensem , & Abbatem . Immò addit cum illo , idem es se dicendum , si ordinetur ante adimplectionem annorum sex decim. Quia Trident. ses. 25. cap.

cap. 15. irritat votum solemnne religionis ante prædictam ætatem sexdecim annorum.

134 Sed *Glossa in cap. Pueri 1. q. 1. Vega t. 2. Summe cap. 57. casu 7. Soto lib. 7. de Iustitia q. 2. art. 5. ad ult. & alij, quos citat & sequitur Egid. disp. 20. n. 136.* afflent, prædictos manere obligatos ex vi legis naturæ, seu spectato iure naturæ. (vt loquitur Egidius) Et ob'ciunt: spectato iure naturæ doli capaces validè se possunt obligare Deo, & alicui statui; sed iura nullibi annullant obligationem, aut votum annexum Ordini Sacro in doli capace: ergo talis manet obligatus. Respondetur negando minorē: quia Tridentinum ses. 25. cap. 15. irritans professionem solemnē, seu votum solemnne Religionis ante illam ætatem, irritat consequenter votum solemnne continentiae annexum Ordini Sacro suscepito ante illam ætatem: quia militat utrobique eadem ratio. ¶ Contra in rebus à iure dispositis non valet argumentum à simili: ergo etiam si in ordinato currat eadem ratio, ac in profelione solemnī, nō propterea debet esse eadem iuris dispositio. Antecedens probatur ab inconvenienti: ex opposito enim sequeretur, quod sicut ieunamus pridiē nativitatis Baptiste; ita pridiē Nativitatis B. Virginis est. set ieunandum: quia in ita Nativitate currit eadem ratio, immo vrgētior: hæc enim sanctior,

ac venerabilior est. Respondeatur distinguendo antecedens: in odiōsis, concedo: in favorabilibus, nego: iuxta illam regulam: odia sunt restringenda; favores sunt ampliandi. ¶ Obiectū secundò, obligatio religiosi gravior est, quam ordinati Ordine Sacro: ergo non militat utrobique eadem ratio, vt dicamus, quod sicut ibi irritatur votum factum ante sextundecimum annum à doli capace: ita irritetur ab Ordinato ante prædictam ætatem. Respondeatur distinguendo antecedens: et si enim in alijs materijs hoc sit verum; non aate n in materia continentiae: ista enim æquè utrumque obligat sub voto solemnī. Præterquam quod parum vrgeret, si in religiōlo hæc obligatio esset gravior, dummodo in Ordinato esset gravis. Magis enim, & minus non variant materias. Negabit autem nemo, satis gravem esse obligationē servandi perpetuam continentiam, etiam coniagalem.

DVBIVM XXXVIII.

125 PETES 48. an, qui, inscia, vel contradicente vxori, Ordinem Sacrum recipit, tenetur ad continentiam? Resp. negativē. Quia et si non possit licetē petere debitum; tenetur tamen illud solvere: quia votum castitatis annexum Ordini Sacro non potest praēdicare vxori, cuius ius petendi est antiquius

voto. ¶ Pro ampliori autem intelligentia suppono, prædictum mortaliter peccasie contra legem Ecclesiasticam. Recolantur dicta, *nun* 107. & 117. ¶ Suppono secundò, non posse petere debitum: oblitat enim votum, & Ecclesiasticum præceptum. Immo accedendo ad vxorem (petendo) committit duplex peccatum; aliud sacrilegij contra religionem frangendo votum; & alud quasi sacrilegij contra duliam lacram ratione legis Ecclesiastice id prohibentis intuitu reverentiae statutum Ecclesiastico debitate: vt in simili docet Hurtado, *diff. 26. sub finem.* ¶ Suppono tertio, in nostro casu postle maritum ab uxore revocari; (vt diffinit Ioannes XXII.) si matrimonium erat consumatum: & consequenter maritus revocatus tenetur debitum reddere. Vnde apertamanet nostra conclusio. Si enim uxor habet ius revocandi virum in nostro casu ordinatum ad proximum matrimonij; & ipse revocatus tenetur soluere debitum, ex hac quidem parte, non tenetur ad servandum continentiam.

D U B I U M . XXXIX.

I 26. **P**eres 49. an. si matrimonium nondum erat consumatum, teneatur homo ingredi religionem, ut servetur votum continentie Ordinibus annexum? Respondetur negativè. Quia religio haberet alias obliga-

tiones distinctas ab observantia castitatis: ergo non debet imponi tanta obligatio, vt prædictum votum servet. Quare sufficit, quod non petat debitum: poterit tamen illud solvere; quia votum non potest præjudicare mulieri, cuius ius petendi est antiquius voto. Ita Lopez 1. p. instruc cap. 5. Thomas Sanchez lib. 7. de Matrimon. disp. 38. num. 16. & noster Villal. tom. 1. tract. 11. diff. 19. n. 3. Quod probabile reputat Ledesma de Matrim. quest. 53. art. 4. dub. 2. ¶ Sed Azor lib. 13. cap. 14. quest. 2. & Ledesma ibi oppositum defendant, & obiciunt: qui post votum castitatis contrahit matrimonium, tenetur ingredi religionem ante consumationem: ergo à simili. Respond. negando antecedens.

D U B I U M . L.

I 27. **P** Eres 50. an. ante bimestre assignatum a iure, vt possit quis deliberare, an sibi magis expedit, religionem ingredi, quam matrimonium consumare, licet possit prædictus Ordinatus reddere debitum? Respondetur negativè. Quia, dum non obligatur ad reddendum debitum, tenetur ad servandam omnimodam continentiam. Sed intra illud bimestre non tenetur ad solvendum: ergo nequit licet solvere. ¶ Notat Petrus de Ledesma de Matrimon. cap. 13. conclus. 8. illum, qui in nostro capi-

casu ordinatur, manere irregularem. Pro quo citat Covarruviam dicentein, sic disposuisse Ioannem XXII. in extrav. Antiquis.

Dubium LI.

128 **P**etes 51. quid requiratur, ut vxoratus possit Ordines Sacros recipere? Respondeatur, requiri beneplacitum vxoris; & quod ipsa sit in tali etate, ut de eius incontinentia timeri non possit; & quod votum castitatis emiserit. Si autem non sit in tanta etate, requiritur, quod in religione approbata sit professa; ut probatur ex cap. Episcopis dist. 77. & docet Villal. ibi n. 4. secutus Abbatem, Silvestrum, Covarr. & Sotum. Qui dicunt, etiam requiri licentiam Episcopi; non quidem ad valorem, sed ut debite fiat.

Dubium LII.

129 **P**etes 52. an vxoratus possit contra voluntatem vxoris adulterare? Ordinem sacrum recipere? (loquimur in casu, quo vir sit innocens, id est, quod non etiam adulteraverit ante sententiam iudicis: si enim etiam ipse adulteravit, tunc sit compensatio. Item loquimur in casu, quod adulteram non recociliavit expressè, vel tacite. De quo legendus est Villal. tom 1. tract. 15. diff 4. & n. 1.) Resp. af-

firmative. Quia adultera amisit per adulterium ius circa corpus consortis: ergo non sit sibi iniuria, si innocens omnimodan voeum castitatem, saltem post sententiam iudicis declaratoriā adulterij. Ita Silvester, Henr. Navarr, Sanch. &c. qnoscitat, & sequitur Villal. t. 1. tract. 15. diff. 6. n. 2. ¶ Sed oppositum defendunt Innocentius, Gutierrez. &c. apud Villal. ibi. Qui cibiciunt: in hoc praejudicatur vxori: etenim, etiam post mortem viri, qui religionem est professus, maritari non potest: ut dicitur in cap. Quia sunt dist. 28. Respondetur negando assumptum: ad probationem dico, caput illud loqui in casu, quo vxor votum castitatis emiserat. ¶ Obi. secundò, quod in Ecclesia Latina nascetur scandalum ex eo, quod vxoratus esset Sacerdos. Respond. negando: sicut non nascitur ex eo, quod vxoratus, cuius vxor religionē est professa, sit Sacerdos. Et utriusque ratio est, quod est licitum. Immò, dato antecedenti, totum sequeretur, esse illicitum extrinsecè, non pè ratione scandali.

130 Ex dictis numero praecedenti infertur, prædictum posse profitari in religione propter academ rationem; immò & a fortiori. Praterquam quod id expressè definitur in cap. Conflitutus & alibi.

131 Conclusionem positam num. 129. aliqualiter restrinxī dicens, licere fulciperē ordinē con-

tra voluntatem vxoris adulteræ saltē pō sententiam iudicis. Ad do modo, etiam licere ante præ dictam sententiam, dummodo duæ conditions adsint, nempē, & quod adulterium sit notoriū, & quod non pariatur scandalum, quod facile generaretur, si ille nō posset probare vxori iniuriam sibi per adulterium illatam: etenim tunc, si ab ipsa peteretur maritus, foret à iudice restituen dus: quod in dedecus Religionis, aut status Clericalis resultaret.

De exemptionibus status Clericalis.

D V B I V M LIII.

132 PEtes 53. an Clerici habent aliquas exemptiones? & quales? Respondetur nihil certius apud AA. etiè, quām quod Clerici habent privilegia, & exemptiones, quibus à iurisdictione Principum secularium eximuntur. Gaudent item quodam privilegio concessio in canone. Si quis suadente diabolo, in quo excommunicatio latæ sententiæ Pontifici reservata ponitur contra percutientem Clericū, vel Monachum. Quod privilegium extenditur ad illum, qui habet Ordines minores tantum, vel solam primam tonsuram (ut communiter dicunt AA) Immòlicet sit vxoratus; dummodo habeat conditions requisitas à jure, scilicet, quod

gestet coronam, & habitum Clericalem, & virginem duxerit in matrimonium; necnon & ex dispositione Episcopi alicui ministerio Ecclesiastico inserviat; velex Episcopi facultate in aliqua Universitate studijs vaccer. Nomine autem *Monachi* comprehenduntur omnes religiosi, & religiosæ, etiam quando novitatum agunt. Immò etiam & quites D. Ioannis; quia tria vota emittunt. Prædicta autem excommunicatio cōprehendit etiam consulentes, necnon & ratificantes, quod eorum nomine fuit factum. De quo videndus est tractatus de Excommunicatione.

D V B I V M LIII.

133 PEtes 54. an Clerici sint exempti à potestate Principum secularium ipso iure divino? An verè ex iure humano? Respondetur utrimque esse exemptos. Quod exeniptio ista sit de iure divino, probatur ex eo, quod Christus Dominus tradidit D. Petro (& in ipso eius successoribus) iurisdictionem, seu potestatem Ecclesiasticam: ergo saltē in causis merè Ecclesiasticis excepti fuerunt Clerici à potestate civili per ius divinum tunc datū D. Petro. Antecedens colligitur ex Math. 16 verbis illis *Tibi dabo claves regni cælorum: quocumque ligaveris super terrā, &c.* atque ex illis *Ioann.* ultim.
Paf-

Pasce oves meas. Secundò probatur ex eo, quod potestas Ecclesiastica est superior civili: ergo ab illa dependere non potest. Antecedens probatur ex illo Pauli ad Hebr. 7. vbi habetur, quod Sacerdos Melchisedec superior fuit quam Abraham propterea, quod ille benedixit istum: (vt dicitur Genes. 14.) & sine dubio maior est, qui benedit, quam qui beneditur. De quo legatur Dominic⁹ de Soto in 4. distinct. 25. quest. 2. art. 1. conclus. 2.

134 Quod autem exemptio Clericorum sit etiam de iure humano; nemo dubitat: cum ius canonum passim hoc privilegium & concedat, & supponat.

¶ Vnde constat, privilegium exemptionis Clericorum fuisse à iure divino immediatè concessum; & à iure Canonicō postea stabilitum; immo & à iure civili fuit idem concessum, aut acceptatum: & primus omnium videatur acceptasse hoc privilegium Cōstantinus Magnus. Verum tamen est, potuisse hoc privilegium à iure Canonicō concedi, etiam secluso iure divino immediato, seu immediatè illud concedente; necnon, & sine administriculo iuris civilis. Itaque ius Canonum solum attendendo, quod Clerici erant personæ Deo dicatae (secluso privilegio à Deo concessio, & à iure civili vel concessio, vel acceptatio) potuit prædictum privilegium concedere. Hanc nostram conclusionem defendant com-

muniter Canoniste; & ex Theologis suar. contra Regem Anglie lib. 4. cap. 9. Zaimam, Azor, Bonacina, Fillius, & innumeri alij quos citat & sequitur Diana 1. p. tract. 2. Resol. 1.

135 Vnde infertur, non posse Clericum aliquem (etiam ex facultate Episcopi) renuntiare hoc privilegium. Quia est concessionem communitati. Privilegium autē communitatis nequit aliqua persona particularis renuntiare.

136 Infertur etiam, non esse sufficiendam sententiam, quæ docet, dictam exemptionem esse de iure humano, quamvis alias multum consonam divino. Quæ sententia communis est Theologis, teste Diana ibi, vbi pro ipsa ci-tat Salas, Molinam, Salon, Lessiu, Victoria, Villalobos, &c. Pro qua sententia obiicitur: nullum sufficiens testimonium adducitur ad probandum, hanc exemptionem esse de iure divino: ergo solum est de iure humano. Respōdetur negando antecedens: verba enim Christi Domini num. 133. relata sufficienter declarant hanc exceptionem, præsertim adiuncta intelligentia tot Auctorum dicentium, ibi cōcedi prædictā exemptionem. Et merito: etenim verba illa *Ioan. vlt. pasce oves meas* sa- tis declarant, oves, seu personas illas, quæ ob specialem dicationis seu consecrationis titulum dicūtur Christi Domini, & ipse vocat specialiter suas, ab omni alia iurisdictione exemptas D. Petro, & eius

eius successoribus subiecisse.

¶ Nec obstat, praedicta verba intelligi de spirituali prefectu. Etenim extenduntur ad praedictam exemptionem, quæ multum iuvat ad prefectum spiritualem. Sicut quamvis verbali la Matth. 16. tibi aabo clares Regni Cœlorum; Quodcumque ligaveris super terrā, &c. intelligantur de iurisdictione spirituali circa peccata; extenduntur à Doctoribus ad censuras etiam in foro exteriori; & ad indulgentias.

De tonsura Clericorum.

DUBIUM LV.

137 P Etes 55. an sacris iniciati teneantur gestare tonsuram Ecclesiasticam? Respondeatur affirmative. Quia in cap. *Siquis de vita*, & honestate Clericorum præcipitur, ut quicumque in sacris Ordinibus constitutus, tonsuram Ecclesiasticam geret factam instar coronæ in summitate capitis. (quæ initium sumpli a D. Petro, teste Beda, qui illam gestavit in imitationem coronæ spineret Salvatoris: aut quia ipsa ita iusionem fuit facta ab illis, quibus legem Evangelicam prædicabat; & Ecclesia voluit illam convertere in honorem:) Idem ipsis præcipitur in quedam motu proprio Pij V. in quo etiam ipsis iubetur, quod gestent habitum Clericalem.

DUBIUM LVI.

138 P Etes 56. an prædictum præceptum obliget sub mortali? Respondetur negativè. Quia lex ista sic est recepta à doctis, & tñ oratis. Et merito: quia id præcipitur Clericis in honorem status clericalis, nempe ut non vilipendatur: sed regulariter parum vilipendij accretit ex hoc, quod non portet quis coronam, aut habitum Clericalem: ergo nō obligat sub mortali. Ita Silvester verbo Clericus 2. num. 2. Vazquez disputatione 250. num. 24. Armilla, Reginaldus, & Laimanus, quos citat, & sequitur G. Hurt. diff. 27. Quibus adde Caetanum, quamvis ex di verso fundamento. ¶ Sed oppositum defendunt Navarrus cap. 25. num. 100. & Panormitanus (apud eundem Hurtado) loquentes de corona. Et obiciunt, quod est omissio rei gravis præceptæ: ergo est mortale. Respondeatur negando consequentianè: quia, quidquid sit de gravitate materiae, hoc præceptum non est sub tanta obligatione receptum. Quod autem humanatum legum obligatio (etiam Pontificis) pendeat ab acceptatione populi, dicemus (Deo dante) in tractatu de legibus. Interim legatur Diana 1. part. tractatu 10. Resol. 1. Et interim hoc confirmo alio simili præcepto Concilij Tridentini, quod, etsi strictissimum sit, tamē non est sub tanto rigore receptū. Igi-

Igitur Tridentinum ses. 25. cap. 2. totaliter interdit peculiu quārumcumque rerum religiosis v. triusque sexus: & tamen hoc præceptū non obligare dicitant AA. Persertim legatur P. Frater Ioannes à Cruce in epit. lib. 1. cap. 3. dub. 2. quiccum Lopez, Navarro, & Rodriguez sic loquitur: Intendit Concilium tollere à Religiosis dominium, & proprietatem: & si altud intendat, illud decretum non est cum tanto rigore receptum. Legatur etiam Sanchez tom. 2. summe lib. 7. c. 22. num. 11. & Ausonius verb Paupertas num. 7:

139 Ex fundamento nostræ conclusionis infertur, quod, si ex omissione coronæ, aut habitus

Clericalis aliquando oriretur vilipendium status Clericalis; tunc prædicta omissione est grave peccatum. Quia ideo docti, & timorati existimant, præceptum illud non obligare sub mortali; quia iudicant ex illius materia omissione parum, aut nihil vilipendij accrescere statui Clericali: ergo quietes ex nimia omissione, aut ex alijs circumstantijs oppositum est iudicandum, dicendum fore, peccatum mortale tunc intercedere. Relinquitur autem prudētum iudicio, quādo hoc sit iudicandum. Et hæc de tractata, tu Ordinis dixisse, sufficiat.

(*)

LAVS DEO



TRA-



TRACTATVS
DE SACRAMENTO
EXTREMÆ VNCTIONIS
IVXTA MENTEM
SCOTTI.

PROE MIVM.

Bhōe Sacramento agunt Scholastici cū Magistro in 4. distinctione 23. vbi Scotus quæst. vnica, & Scotiste. Immò & Angelicus Doctor ibidem: etenim morte præventus in Partibus de Extrema vñctione non disputavit. Quare quæ in tertia parte D. Thom. de Extrema vñctione in additionibus à questione 29. usque à 33. reperiuntur, erunt fortassis consentanea doctrinæ Angelici Doctoris; ab ipso tamen non sunt inibi elaborata. Igitur etiam D. Thom. agit de Extrema vñctione in 4. distinctione 23. Alij autem AA. in diversis tractatibus. Præsertim legantur noster Fabro disputatione de Extrema vñctione, Coninch disputat. 19. & G. Hurtado tractatu de Extrema vñctione.

Hoc vnum præmonendum duxi, quod prius tractant AA. de Poenitentia, quam de Extrema vñctione, & Ordine: Ego tamen utrumque tractatum præmitto ad tractatum de Poenitentia, & Eucharistia, vt in præsenti tomo hos tractatus complectens à brevioribus iam expeditus ad fusiores de Poenitentia, & Eucharistia disputationes applicer commodiùs. ¶ Omnia verò, quæ de hoc Sacramento hac nostra tempestate disputant, vnicō capite (sicuti Scotus vñica quæstiōne) perstringemus; prædictum caput in dubia dise-
cando.

CAP. VNIC.

*De omnibus & singulis, quae ad
Sacramentū Extremæ un-
ctionis qualiter cum-
q; possunt spe-
ctare.*

*De spectantibus ad essentiam Extre-
me vunctionis.*

D V . B I V . M . I .

I P Etes primò, quid sit Extremavntio? Respond. quòd est vñctio hominis infirmi pænitentis facta in determinatis partibus corporis cum oleo consecrato ab Episcopo, ministrata à Sacerdote simul verba certa cum intentione debita proferente, ex institutione divina efficaciter significans curacionem finalem venialium. Ita Scotus citatus, vbi latè explicat singulas particulas huius definitionis. Nobis autem breviter sic probatur, aut declaratur ista definitio. Ly vunctione ponitur pro genere; in quo hoc Sacramentum cōvenit cum alijs vunctionibus tām Sacris, quā non sacris; quæ habent rationem signi sensibilis. ¶ Ly hominis infirmi ponitur pro differentia simul cum alijs: per quod denotatur, hoc Sacramentum non esse administrandū homini sano; neq;

exposito periculo mortis: immò neque caicumque infirmo; sed illi tantū, cuius mors imminēs probabiliter timetur: & cui nescie est non retardari ob peccata sua ab ingressu regni ecclæstis. ¶ Ly hominis pænitentis denotat, hoc Sacramentum requirere statum gratiæ per pœnitentiā acquisitæ. Quare qui sunt incapaces pœnitentiæ, (vt parvuli, perpetuo amentes, & furiosi) sunt etiam incapaces huius Sacramenti. ¶

Ly in determinatis partibus corporis denotat, infirmū esse vngendum in organis, quibus anima peccatis inficitur: quia prædicta organa per peccatum originale prona ad malum, & quasi vulnerata remanserunt: & cùm alias per Extremam vunctionem auferri intendantur reliquæ peccatorum, congruè vnguntur prædicta organa, vt ipsi curatis, anima ad amplius peccandum non excitetur. ¶ Ly cum oleo denotat, in hac vunctione non requiri balsamū; sicut in confirmatione.

¶ Ly consecrato ab Episcopo declarat, nō cum quocumque oleo benedicto posse conferri hoc Sacramentum. ¶ Ly ministrata à Sacerdote denotat ministrum necessarium Extremæ vunctionis.

¶ Ly simul verba certa proferente denotat & formam huius Sacramenti, & simultatem, quā forma debet habere cum vunctione.

¶ Ly cum debita intentione denotat qualem intentionem debet habere minister.

2 Verbis hucusque explicatis declaratur Sacramentum vñctio- nis Extremæ quantum ad physi- cum , seu quantum ad res , qui bus constat , seu integratur .

¶ Per reliqua verò verba decla- ratur , seu definitur quantum ad esse metaphysicum . Quarè me- taphysicè hoc Sacramentum est vñctia (seu signum sensibile) ex in- stitutione divina efficaciter signifi- cans curacionem finalē venialiū .

¶ Vnde cōstat , Scotum in præ- citatis verbis tam physicū , quam metaphysicum Extremæ vñctio- nis comprehendisse .

3 Constat etiam , prædictam definitionem esse optimam . quia cōllans genere , & differentia op- timè declarat naturam Extremæ vñctionis ; nullaque particula in ea aut deficit , aut superfluit . Pro pleniori aciem huius explicatio- ne recolantur , quæ diximus in tract. de Sacramentis in genere cap. 1. à num. 7.

DVBIVM II.

4 P Etes secundò , quid no- minis ? seu quare hoc Sacramentum dicatur Extrema vñctio ? Respōdetur , dici vñctio- nem : quia proxima materia illius consistit in hoc , quod est vngere corpus infirmi cuius prædicto o- leo sancto . Dicitur autem extre- ma . Tùm quia coaffert homini existenti in extremo termino vi- te . Tùm quia est ultima , & extre- na , qua Sacramentaliter vngi-

tut homo viator . Primo enim , quando baptizatur , vngitur in vertice : secundo , quando confir- matur vngitur in fronte : tertio , quando ordinatur Sacerdos , vngitur in manibus ; & , quando consecratur Episcopus , vngitur in capite , & in manibus : & tan- dem , quādo ipsi in extremis exi- stenti confertur Sacramentum Extremæ vñctionis , vngitur in pluribus partibus , nempe in or- ganis , quibus anima potest insi- ci peccatis .

Despectantibus ad materiam remo- tam Extrema vñctionis .

DVBIVM III.

5 P Etes tertio , quæ sit ma- teria remota huius Sa- cramenti ? Respond . esse oleum . Quia Iacobi s. n. 14. sic exprimi- tur : vngentes eum uleo in nomine Domini , &c. ¶ Hoc autem o- leum debet esse olivarum : quia solum istud est simpliciter tale .

¶ Itēm debet esse ab Episcopo benedictum ; ex cōvenientia Do- citorum . ¶ Discordant autem in explicando necessitatē huius benedictionis : nam Victoria in summa num. 216. dicit solum esse necessarium necessitate præcep- ti , quod vñctio fiat oleo ab Epis- copo benedicto . ¶ Caietanus autem 3. part. quest. 72. art. 3. & Sorus in 4. dist. 7. art. 3. dicunt esse necessariū necessitate Sacramen- ti , quod oleum sit benedictum .

Quod

Quod autem hæc benedictio fiat ab Episcopo, tolum esse necessaria. rium necessitate præcepti.

P Nobis autem dicendum est, esse necessarium necessitate sacramenti, quod oleum sit benedictum, & quod ab Episcopo accepit talis benedictione. Quia Eugenius IIII. in Florentino, & Trident. ses. 14. cap. 1. de Extremaunctione, dum dogmaticè tradunt materiam huius Sacramenti, affirmant, esse oleum ab Episcopo benedictum. Secundo, quia sic fert Ecclesiæ antiquus usus. Confirmatur ex dictis in tract. de Confirmatione à num. 25. Ita noster Villalobos tract. 10. diff. 1. n. 5. Coninch disput. 19. num. 6. Et communior sententia. **P** Notat, aut Villalobos cum alijs, benedictionem ab Ecclesia in manuali prescriptam solum esse necessariam necessitate præcepti. Quia, posita qualibet benedictione facta ex invocatione Dei, verificatur, oleum esse ab Episcopo benedictum.

D U B I U M IIII.

P Etes quarto, an exterritum præceptum renovandi oleum benedictum per singulos annos? Et consequenter non vngredi cum oleo anni præteriti; aut cum oleo veteri? Responde. turnegativè. Quia non assignatur tale præceptum, seu ubi contineatur. Ita Henricus lib. 3. cap. 8. Et faveret Ledesma tomo 1. cap. 2. de Sacrament. Extremeunctionis in fine, dum dicit, non esse cer-

tum, extare præceptum de renovatione olei. Vnde predictus Henricus lib. 2. cap. 29. num. 3. determinat, quod non prohibetur, vngere infirmos veteri oleo. **P** Dices, esse consuetudinem quotannis renovandi oleum benedictum ergo talis consuetudo transit in legem obligatoriam. Resp. negando consequentiam: ut enim aliqua consuetudo transeat in legem obligatoriam, requiritur, quod fuerit introducta cum animo se obligandi; necnon & plura alia: ut (Deo dante) dicimus in tracta de legibus. Igitur, cum non constet, consuetudinem istam habere conditiones ad obligandum requisitas, immunito dicitur obligare. Intupèr, cum, et si ab Ecclesia disponatur, quod vngredio fiat cum oleo in illo anno benedicto; non constet, in hac dispositione intervenire præceptum, absque fundamento ponitur præceptum renovandi oleum; & non vngendi cum veteri.

P Adde, oleum semel benedictum non potie amittere benedictionem, nisi in casu, quod corrumpatur: sed oleum anni præteriti non corrumpitur antiquitate: in modo depuratur; ergo nullum est peccatum vngere cum oleo anni præteriti.

P Ex quibus reiicio Zambranum cap. 5. dub. 4. num. 14 dicentem, mortaliter peccare sacerdote, qui vnxit infirmum cum oleo veteri. Immò & Dianam 3. part. tractatu 4. Resolut. 176 qui affirmat, predictum oleum vetus solum

lum esse adhibendū, quād novū non posse haberi. Per quod videtur affirmare peccare mortali-
ter Sacerdotem, qui vtitur oleo
veteri, nisi instantē necessitate,
seu inopia novi. Mihi autem v-
trumque displiceret propter dicta.
Quare ab solutē affirmo, solum
intervenire peccatum mortale in
vſu olei veteri, quando hoc sit ex
contemptu Ecclesiasticæ cære-
monia benedicendi oleum Ex-
tremæ unctionis per singulos an-
nos, & comburendi vetus, seu
anni præteriti.

DVBIVM V.

8 P Etes quintō, an validē
quis vngere infirmum
cum chrismate confirmationis?
Respondetur affirmativè. Quia
materia chrismatis est oleum si-
mul cum balsamo ab Episcopo
benedictum: immò maior pars
huius materiae est oleum, iuxta
dicta in tract. de Confirmat. num.
23. ergo tunc verificatur, quod
infirmus vngitur oleo ab Episco-
po benedicto. Confirmatur: vt
enim notabamus num. 3. non re-
quiritur determinata benedictio
pro oleo confirmationis: ergo po-
sita benedictione chrismatis, ve-
rificatur, infirmum vngi cum o-
leo ab Episcopo benedicto.

Ita Laiman in Theolog.
mor. lib. 5. tract. 8.
cap. 2. n. 3.
(..)

DVBIVM VI.

9 P Etes sextō, an una gutta
olei sit sufficiens in una-
quaque unctione ad conferendum
Sacramentum Extremæ unctionis?
Respondetur affirmativè.
Quia una gutta aquæ sufficit ad
validitatem Baptismi: ergo à simili.
Antecedens collat ex tract.
de Baptismo cap. 2. num. 21. Et ra-
tio est, quod tunc verificatur mi-
nistrum Sacramentaliter abluere;
& vngere. Ita Reginaldus, Suarez,
& Gasp. Hurtado, quos citat, &
sequi videtur Diana 3. part. tra-
ctatu 4. Resolutione 177. contra
Fillium.

De spectantibus ad materiam pro-
ximam Extremæ un-
ctionis.

S Vpposito tamquam certo a-
pud omnes, unctionem ipsam
esse materiam proximam Extre-
mæ unctionis: sicut ablutionem
baptismi; unctionem cum oleo,
& balsamo Confirmationis; &c.
restant sequentia dubia deci-
denda.

DVBIVM VII.

10 P Etes septimō, quantus
debeat esse numerus
unctionum? Respondetur, quod
Florentinum requirit septem un-
ctiones, nempe quinque in orga-
nis sensuum, & lectâ in pedibus,
in

in quibus specialiter residet potentia locomotiva : & demum septimam in renibus, in quibus residet luxuria. Sic docuerat Scotus distinct. 23. §. De secunda vers. Quod additur, in determinatis.

¶ Nota, quod in aliquibus organis sensuum geminantur vunctiones, nempe in oculis, auribus, manibus, & pedibus. Vnde sit, undecim vunctiones frequenter adhiberi. Notant tamen communiter Scotus, & alij, hanc generationem non esse de necessitate Sacramenti ; immo neque praecepsi ita, ut tempore necessitatis non possit omitti.

D V B I V M VIII.

11 Etes ostavò, an praedictæ septem vunctiones sint de necessitate Sacramenti? Respondetur negativè. Quia ad salvandum Florentinum sufficit dicere, requiri omnes tamquam partes integrales : nihilque urget, ut dicamus, illas requisivisse tamquam partes essentiales. Patet asumptum à simili de Sacramento Eucharistie: in quo, et si sint duæ species, nempe panis, & vini; in qualibet tamen salvatur essentia Eucharistie; & idèò neutra determinatè spectat ac essentiam, sed ad integratatem illius. Idem patet in Sacramento Ordinis, quod integratur, seu perficitur in Sacerdotio; Diaconatus vero Subdiaconatus, & ipsum Sacerdotium (& fortè Ordines minores) sunt

partes integrantes illius Sacramenti. Probatur secundò: quia posita vnicaratione cum forma sibi correspondenti, verificatur, quod homo est Sacramentaliter vncius, immo & totaliter: sicut lota una parte corporis per Baptismum, verificatur, quod homo totaliter manet baptizatus. Ita innuit Scotus distinctione 23. §. Ad primum vers. Ad secundum (vbi sic prolequitur) dico, quod est unum Sacramentum unitate integratis; non unitate indivisibilitatis. Pro hac sententia citat Coninch Palud. & Ioannem de Medina; immo affirmat, quod ei aliquomodo fayet D. Thom. in supplemento quest. 29. artic. 2. quantum comparat hoc Sacramentum, quod unitatem attinet, cum Eucharistia. Et addit, quod huius sententiae fuit tota universitas Lovaniensis anno 1588 quæ vna cum Archiepiscopo probavit Pastorale Mecliniense; in quo can. 9. de Extrema vunctione dicitur, in morbis contagiosis sufficere vngere organum sensuum magis obvium dicendo: Per istam sanctam vunctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, tactum, & gressum.

12 Sed Scotus, Bellarm. Valentia, Henr. Suarez & ferè communiter, teste præcitatō Coninch, dicunt, quinque illas vunctiones organorum sensuum esse de essentia Sacramenti. ¶ Immò Fabro

bro in opusculis lib. 4. disp. de Extrema vunctione cap. 4. §. Septimò est non levis affirmat omnes septem vunctiones esse de necessitate Extremæ vunctionis: & ita videntur sentire D. Bonav. Ricardū, & Durandum. Igitur pro his sententijs obijcitur; & in primis pro ultima. Eugenius III. seu Florentinum tradens dogmaticè doctrinam huius Sacramenti absolutè docet, adhibendas esse septem vunctiones, easq; singillatim enumerat: ergo vel nulla determinata spectat ad valorem huius Sacramenti; vel omnes simul. Respondetur, hoc argumentum habere quidem vim contra Sotum, & alios, qui dicunt, omnes quinque vunctiones sensuum esse de necessitate huius Sacramenti; nō tamen contra nos, qui affirmamus, omnes septem spectare ad integratatem vunctionis; nullam tamen determinatè esse de essentia illius. Et autem vrgens argumentum ad probandum, Pontificem, vel Concilium, cùm septem enumerat, non loqui de necessitate Sacramenti, quod in aliquibus provincijs est in viu solùm quinque adhibere, omittendo vunctionē renū, & pedum præfertim in foeminis propter honestatē.

13 Obijcies secundò, omnia peccata originantur à speciebus receptis per organa quinque sensuum: ergo sufficit, vngere ista organa, nec requiritur vngere postulant locomotivam, & gene-

rativam. Respondetur negando antecedens: peccata enim, quæ spiritualia vocant (vt sunt superbiæ, avaritiæ, &c.) non originantur à speciebus sensuum: cum hęc etiam in Angelis reperiatur. Respondetur secundo, hoc argumentum vrgere Fabrum, & alios, qui dicunt, omnes septem vunctiones esse de necessitate Sacramenti; nō tamē nos, qui dicimus, quod, et si omnes sint necessariae ad integratatem Sacramenti; nulla tamen determinatè spectat ad eius essentiam. Et consequenter affirmamus, non solùm in quinque vunctionibus sensuum; sed in quilibet illarum salvari rationē esentialē Extremæ vunctionis: sicut in sola specie panis, aut in sola specie vini salvatur quidquid esentialē requiritur ad rationem Sacramenti Eucharistiæ: & in quacumque Ordinatione Diaconi, Subdiaconi, aut Sacerdotis quidquid esentialiter requiritur ad Sacramentum Ordinis.

14 Obijcies tertio, (ad probandum, omnes septem vunctiones non posse esse partes integrales huius Sacramenti) esse dislocationem honestati, mulierum lumbos vngere: ergo saltē ista non spectat ad integratatem huius Sacramenti. Respondetur negando antecedens: (si modestè fiat) alias non iuberetur ab Ecclesia, immò prohiberetur.

¶ Ad idem probandum aliter obijcies: in foeminis concupiscentia est in vmbilico: ergo iste, & non

nōn renes debet vngi. Respon-
detur negando consequentiam:
quod enim sit in umbilico forma
renæ comcupiscentia, non prohi-
bet, etiam residere in renibus: ut
benè notat Fabro ibi. Potius au-
tem vngendi sunt renes, quam
umbilicus: quia in illis residet po-
tētia generativa. Necnō & prop-
ter decentiam.

*Despectantibus ad formam Extre-
mae vunctionis.*

DUBIUM IX.

¶ 5 P Etes nondò, quæ sit for-
ma huius Sacramenti? Responde-
tur, eccl istam: Per istam
sanctam vunctionem, & suam piissi-
mam misericordiam indulget tibi
Deus quidquid deliquisti per visum.
Amen. Quando vñctio applica-
tur oculo, vel oculis: & quando
applicatur auribus per auditum:
& quando applicatur pedibus, per
incisum: & in cæteris simili mo-
do. Repetitur autem tota forma
dicendo: Per istam sanctam vnu-
ctionem, &c. quoties diverso organo
applicatur vñctio; non verò quan-
do applicatur alteri organo eius-
dem sensus. Itaque utique ocu-
lus vngitur sub una forma. Idem
est de utraque manu; utroque pe-
de; utraque aure. Quando verò
post oculorum vunctiones vngun-
tur aures, v. g. forma repetitur.
Prædictam formam assignat Eu-
genius Quartus, & Trident. ses.
14. cap. 1.

DUBIUM X.

16 P Etes decimò, an ad
valorem huius Sacra-
menti sit necessaria forma modo
deprecativo collata? Responde-
tur affirmativè. Quia Divus Ia-
cobus (qui fuit promulgator hu-
ius Sacramenti) cap. 5. à num.
13. id satis declarat dicens, quod
Presbyteri conferentes hoc Sa-
cramentum infirmo orent super
eum, &c. & paucis interiectis,
& oratio fidei salvabit infirmum,
&c. oratio autem necessariò se-
cum fert modum deprecativum.
Constatque ex vsu, & consue-
tudine Ecclesiæ. ¶ Si tamen
dicas, ex his solùm probari fa-
ctum; non autem necessitatem.
Contra est, quod, si forma depre-
cativa est sufficiens ad valorem
huius Sacramenti, absoluta, seu
indicativa non sufficit: (Hæc v. g.
vngote in indulgentiam illius, quod
deliquisti per visum. Amen.) quia
in nullo Sacramento sunt duæ
formæ non æquivalentes quoad
sensem: quales sunt indicativa,
(quæ significat auctoritativerè) &
deprecativa; quæ habet modum
contrarium. Ita Suar. disp. 40. sect.
3. Agid. disp. 19. n. 14. & Sotus in
4. d. 23. q. 1. art. 4. quos citat, & se-
quitur G. Hurt. diff. 7. dicens, sic
communiter sentire DD. His adde
Nugnum, Silvium, Ledesmam, &
Bonacinam, quos citat Dian. 3. part.
tract. 4. Resol. 175. dicens, quod sic
sentient alij communiter.

17 Sed oppositum defendunt Noſter Richardus in 4. diſt. 23. art. 1. quæſt. 4. Palud. Albertus Durandus, & Aliamus Tannerus ci-tati à predicto Hurtado. His adde Beccanum, quem citat Diana ibi dicens, quod Suar. & Fillius puerant, hanc ſententiam eſſe probabi-lem. Et obijciunt: in alijs Sacra-mentis forma data modo indicati-vo ſufficit: ergo & in iſto. Reſpondetur negando confequen-tiam: quia in alijs Sacramentis iſtituit Christus Dominus for-mam indicativam; in iſto autem deprecativā: ut conſtat ex Scrip-tura, concilijs, & vſu Eccleſiæ; & ex-pendebamus n. 10. Congruen-tia verò huius diſcriminis eſt, quod miſiſter huius Sacramenti iſtitutus eſt partim iñſtar medi-ci, qui vunctione ſanat ſpirituali-ter, & corporaliter; & partim iñſtar Sacerdotis, qui oratione im-pertitur vtramque ſalutem, ſcili-cet animæ, (auferendo directè venialia, & peccatorum reliquias) & corporis ſub conditione, quod expedit. In alijs verò Sacra-men-tis longè aliter ſe habet miſiſter: quia in Baptismo, Confirmatio-ne, & Ordine ſe gerit, tamquam ſuperior; in poenitentia tamquam iudex; in matrimonio tamquam contrahens, & paſcīſcens; & de-nūm in Euchariftia tamquam, qui imitatūr factum Christum D. ad qua omnia congruentior eſt modus indicativus.

18 Obijcies ſecundò, quod

Eccleſia Mediolanensis tempore Divi Ambroſij, & olim apud Ve-netos forma Extremæ vunctionis proferebatur modo indicativo, nempe vngote, &c. nulla depre-catione facta: ergo hæc forma eſt ſufficiens. Reſpondetur, cum præcitat̄is Hurtado, & Coninchy, diſſicilē credendum eſt, Medio-lanenses, & Venetos aliquando uſos fuſile forma indicativa non addendo aliqua verba æqui-valentia noſtræ formæ deprecati-væ. Quod ſi ita non ſiebat, (Po-test enim Eccleſia aliqua particu-laris errare. Sicut Eccleſia Car-thaginiensis temporibus Agrip-pini, & Divi Cypriani videtur erratiſe rebaptizando illos, qui ab haereticis, & chismaticis fue-rant baptizati. Recolantur dicta in tractatu de Sacramentis in gene-re cap. 3. num. 31.) id debuit cor-rigi: & prædictæ Eccleſiæ debue-runt Romanæ Eccleſiæ accom-modari; ut nunc fit.

D V B I V M XI.

19 P Etes vndecimò, an omnia illa verba, Per iſtam ſanctam vunctionem, &c. num. 15. relata ſint de neceſſitate for-mæ? Reſpondetur negati-ve. Quia totum requiſitum ex parte cauſæ principalis actionis, & effe-ctus continetur in hiſ verbis: Per iſtam vunctionem indulget tibi Deus quidquid deliquisti. A-men: ſecundò quia totus inte-ger

ger sensus habetur in prædictis verbis. Ita innuunt *G. Hurt.* diff. 7. *Coninch disp.* 19. n. 15. & *Diana* 3. part. træct. 4. *Resol.* 175. & *Res.* 180. Et ideo affirmant, verba ista sanctam, & suam piissimam misericordiam non esse de necessitate forma; quamvis (addunt) sint de necessitate præcepti. Immò exstimat *Hurt.* esse peccatum mortale illa omittere, quando recipientis non admonetur de periculo nullitatis. Hoc tamen mihi nō satis probatur: cum hoc Sacramentum non sit simpliciter necessarium ad salutem. ¶ nostram conclusionē etiam innuunt *Ægidius*, *Reginaldus*, *Bonacina*, & *Tancreus apud prædictum Hurt.* quatenus affirmant, non esse de substantia formæ verba illa, per visum, per auditum, &c. quæ correspondent sensibus, aut potentissimis, quæ vnguntur.

DVBIVM XII.

20 *P*etes 12. an in forma Extremæunctionis addēda sint ista verba, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti?* Respōd. esse addēda sub peccato, vbi viget cōsuetudo; secus autē vbi talis cōsuetudo non est. Quia supposito, quod prædicta verba non sunt de necessitate formæ ex sua institutione: aliàs nullibi omittentur, sciente, & permittente Ecclesia: & ex alia parte non assignetur præceptum proferendi talia verba, si aliqua extet obligatio, redu-

cenda est in cōsuetudinē: ergo vbi ista nō est, sine culpa omittuntur: secus autē vbi adest. Ita *Ægidius* disp. 19. n. 15. & *G. Hurt.* diff. 7. contra *Palud.* & *Angelum;* qui absolvè affirmant, prædicta verba esse necessaria necessitate præcepti: & contra *Ledesmam*, & *Suarez* oppositum affirmantes.

DVBIVM XIII.

21 *P*etes 13. an hæc forma sufficiat, per istas sanctas unctiones, (vngendo omnes, & singulas partes) & suam piissimā misericordiam indulget tibi Deus, quidquid deliquisti per visum, auditum, &c. Resp. affirmativè. Quia tener baptismus multorum sub hac forma, *Ego vos baptizo,* &c. ergo à simili. Præterea prædicta forma æquivalet repetitioni omnium formarum, quæ ex dispositione Ecclesie pluribus partibus distribuuntur. Ita *G. Hurt.* diff. 7. in fine. Confirmatur ex dictis n. 11. in fine: vbi diximus, tenere Extremam unctionem vngendo unicum organum lensum, & dicendo: *Per istam sanctam unctionem, & suam piissimam misericordiam indulget tibi Dominus quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, tactum, & gressum.* (Addendum existimo, atque per ardorem libidinis.) Vnde à fortiori dicendum est, etiam tenere Extremam unctionem per hanc formam de numero plurali, per istas sanctas unctiones, &c. quia in re est eadem forma repetita; vel forte est eadem omnino.

De spectantibus ad ministram Extremæ vunctionis.

D V B I V M XIV.

22 P Etes decimo quartò, quis sit minister Extremæ vunctionis? Respondeatur, esse Sacerdotem. Quia Iacobi 5. inducat Presbyteros Ecclesiæ: ubi per Presbyteros Ecclesiæ non intelliguntur seniores; sed verè Sacerdotes: ut definit Tridentinum sess. 14. can. 4 de Extrema vunctione. Et fert usus Ecclesiæ; in qua nullus, nisi Sacerdos, hoc Sacramentum administrat, etiam si infirmus decillurus sit absque Extrema vunctione, quia deficit Sacerdos.

¶ Dices, quod Innocentius Primus epist. 1. ad Decentium cap. 8. dicit, non tantum Sacerdotibus, sed etiam omnibus Christianis in sua, & suorum necessitate licere vti oleo Sancto ab Episcopo consecrato. Respondeatur, præcipue cum Gaspar. Hurtado diff. 12. loqui de usu dicti olei, non ad conficiendum Sacramentum; sed ad sanandum corpora. Itaque, si aliqui vngebantur corpora infirmorum cum oleo Extrema vunctionis corporalis sanitatis gratia; sicut antiquissima consuetudo fert, hoc sine vngi corpora infirmorum cum oleo Extrema vunctionis corporalis sanitatis gratia; sicut antiquissima consuetudo fert, hoc sine vngi corpora infirmorum cum oleo lappadis huius, vel illius imaginis, aut Sancti; hæc vunction fieripotest à non Sacerdote. Respondetur secundo, cum eodem, quod si loquitur de

vusu olei ad conficiendum Sacramentum, non loquitur de usu activo, sed de passivo: quasi diceret, omnibus licere vngi; sed non nisi à Presbyteris: ut aeducatur ex verbis antecedentibus.

23 Notant communiter, nullum Sacerdotem (nisi sit proprius Pastor, aut de illius licentia) posse administrare Extremam vunctionem. Quia hoc est proprium officium Pastoris. Et Religiosi non Religiosis administrantes hoc Sacramentum absque Parochi licentia ipso facto excommunicantur in Clementina 1. de Privilegijs. In necessitate tamen, quando alias agrotus moriturus esset sine Extrema vunctione, quilibet Sacerdos (etiam si Parochus agrè ferat) licite potest illam administrare. Quia licentiam rationabiliter presumptam habet, saltèm ab Ecclesia. Ita Suarez, Valentia, Aegidius, & Reginaldus, quos citae & sequitur Gaspar. Hurtado diff. 12. contra Toletum. ¶ Circa predictam excommunicationem impositam Religiosis ministrantibus hoc Sacramentum extra necessitatem sine licentia Parochi, est aliqua controversia. Quia Fernandez exilitat, etiam incurrit à Sacerdote seculari. Victorellus tamen (cui subscrivo) oppositam defendit. Quia pœna sunt restringenda. De quo videatur Aulonius verbo Extrema vunctionum. 23.

(•)

DVBIVM XV.

24 PETES decimo quinto, an plures Sacerdotes possint valide diversas vunctiones ei. iusue infirmi ministrare? Respondetur affirmativè. Quia quilibet vncio cum sua forma independens est ab alia: ergo potest a diverso ministro conferri. Ita Gasp. Hurtado diff. 12. dicens, quod sic communiter advertunt Doctores. Ipseque, & communiter notant, vnum tantum debere ministrare, nisi alias necessitas (qualis foret mors infirmi sine omnibus vunctionibus) aliud exigeret. Quia extra necessitatem usus Ecclesiae fert, omnes, & singulas vunctiones ab unico ministrari.

DVBIVM XVI.

25 PETES decimo sexto, an Parochus teneatur te. pore pestis ministrare Extremam vunctionem cum periculo vitae? Respondetur negativè. Quia hoc Sacramentum non est simpliciter necessarium ad salutem: neque de illo recipiendo extat praecipuum: ut dicemus a num. 47. Ita Gasp. Hurtado, Villalobos, Armillia, Suarez, & Molfesius, quos citat, & sequitur Diana 3. p. tract. 4. Resolut. 174. contra Silvium, & Nugnum. Quando autem Parochio non imminet periculum prædictum, tenetur ex iusti-

ria, aut saltē ex fidelitate vncio. nem conferre ægrotō incigēti, & eam saltē interpretative petēti. Quia ex officio tenetur, conferre propriæ ovi nō solum necessaria, sed etiam utilia, præterim in articulo mortis. De quo redibit sermo num. 50. ¶ Immò addunt multi, quod in casu necessitatis, si non adest Pasior, vel non posset, aut nolle iniuste hoc Sacramentum infirmo ministrare, quilibet alius Sacerdos, qui sine notabili incommodo posset, tene. retur hoc Sacramentum infirmo ministrare, sub veniali. Immò, & sub mortali in aliquo speciali casu (addit Laiman apud Auso. nium verbo *Extrema vncio num. 23.*) videlicet si infirmus non potuerit Sacramentum confessio. nis, aut aliud recipere. Quia tunc forte infirmus habet tantum attritionem: cum qua adiunctum hoc Sacramentum fortassis sit contritus: est enim sub opinione positum, an Sacraenta vivo. rum conferant primam gratiam aliquando? Recolantur dicta in tract. de Sacrament. in genere cap. 4. à num. 8. Cum ergo forte salvari possit ex adhibitione Extre. max vunctionis, videtur graviter obligari quemlibet Sacerdotem licet potentem ministrare hoc Sacramentum in prædicto casu.

(.)

De spectantibus ad subiectum recipiens Extremam vunctionem.

DVBIVM XVII.

26 **P**etes 17. an nō baptizatus sit incapax recipiendi Extremam vunctionem? Resp. affirmativè. Quia, Baptismus est ianua Ecclesie. Quare qui per ianuam non intravit, Ecclesia Sacra-menta participare nequit. In hanc conclusionem conspirant omnes.

DVBIVM XVIII.

27 **P**etes 18. an infantes, & per-
petuò amentes sint inca-
paces recipiendi Extremam vnu-
ctionem? Affirmat cōmunitisimè
DD. Quia id insinuat Iacobi
cap. 5. verbis illis; inducat Presby-
teros Ecclesiæ: quibus constat, ha-
bere delectum vocandi Presby-
teros. Secundo, quia prædicti sunt
omnino immunes à peccato per-
sonali: ergo falso diceretur; in-
dulgeat Deus quidquid peccasti per
vsum; v.g.

28 Ego tamen huic commu-
niſſimo placito non satis acquies-
co. Tūm quia verba D. Iacobi
non omnino premunt: possent enim explicari de communi, &
regulari modo operandi, hoc est,
quando hoc Sacramentum con-
fertur adulto, qui non amisit
vsum rationis: non autem quan-

do recipitur ab adulto sensibus
destituto; aut ab amente, qui
numquam habuit rationem; aut
ab infante. In his enim casibus
verba Iacobi accipienda sunt de
voluntate rationabiliter præ-
sumpta, vel interpretativa: pru-
denter enim præsumimus, aut
interpretamur, eum, qui in Chri-
stianitate vixit, habere volunta-
tem recipiendi tempore oppor-
tuno opportuna spiritualium in-
firmitatū remedia, aut Sacramē-
ta. Nec alia ratione ducta Eccle-
sia administrat hoc Sacramen-
tum adulto repente sensibus de-
stituto; necnon & amenti mo-
rituro, qui aliquando habuit v-
sum rationis. ¶ Tūm etiam
prædicto placito non satis ac-
quiesco: quia si non fuerunt in-
capaces Sacramenti Baptismi
Christus Dominus, & eius San-
ctissima parens; etiam si alias fue-
runt immunes ab originali; (vt
diximus in tract. de Baptismo cap.
7. à num. 12.) cur dicemus, esse
incapacem Extremæ vunctionis,
qui numquam peccavit defectu
vsi rationis. Insuper, si potest
administrari hoc Sacramentum
in oculis illi, qui à nativitate est
cœcus; verbi gratia, (vt consta-
bit ex his, quæ dicam à num. 30.)
cur non administrari poterit illi,
qui ob defectum vslus rationis
numquam peccavit? Vnde ti-
meo, minùs consequenter loqui
hos AA.

29 Nec vrget illud de falsificatio-
ne formæ: quia forma ista, indul-
geat

geat tibi Deus quidquid peccasti per visum v.g. nō reddit hunc tensū: in aul geat tibi Deus quidquid peccasti actualiter: sed istum: conferrat tibi Deus gratia remissivā peccatorū, quæ per visum cōmisisti, si aliquā sunt. Sicut loquēdo de Baptismo dixim⁹, quod hæc forma: *Ego te baptizo. &c.* nō reddit hūc sealum: ego te abluo à peccato; sed istum: ego confero tibi gratiam remissivam peccari. Et ideo, quando baptizatur ille, qui est immunitus ab Originali (vt fuit Christus Dominus, quem receperisse Sacramentum Baptismi, docuit Damasc. lib. 4 de Fide cap. 10. Item fuit Beatissima Virgo: quam fuit se baptizatam, docent Eutymius, Suarez, Vazquez, & G. Hurtado ut notabamus in tract. de Baptismo cap. 7. n. 13.) non propterea falsificatur forma: *Ego te Baptizo. &c.* quia, et si sit absoluta, quātum ad receptionem gratiæ; & eius primati⁹ effectus; (qui est reddere hominem filium Dei adoptivum, heredem gloriæ, &c.) tamen quantum ad effectum secundarium (qui est expellio peccati) est conditionata; hoc est, expellit peccatum, si ineſt: vt contigit in Beatissima Virgine, (si alias, quando recepit baptismum, non habebat summam plenitudinem gratiæ) & in omnibus, qui in lege gratiæ fuerunt sanctificati in utero materno. (Recolantur dicta in tract. Baptismi cap. 7. num. 21.) Adde, idem contingere, quando bapti-

zatur adultus, qui per præcedentem contritionem, aut supernaturalem dilectionem in Dei, iustificatus est tamen ab originali, quām à personali peccato. Igitur sicut prædicta forma Baptismi. *Ego te Baptizo. &c.* est vera, etiam si baptizatus nullum habeat peccatum, quia quantum ad actuellem expulsionem peccati est conditionata, si peccatum insit: ita in præsenti vera est hæc forma: indulget tibi Deus quidquid peccasti per visum v.g. quia ly quidquid peccasti sumitur conditionate: vt notat G. Hurt. diff. illa 10. addens, sic insinuari verbis illis lacobi, si in peccatis sit, remittetur ei.

DVBIVM XIX.

30 **P** Eres 19. an adultus, qui numquam peccavit adhuc venialiter, sit capax Extremæunctionis? Respondeatur affirmativè. Quia hoc Sacramentum est remissivum peccatorū, si sint in subiecto: vt colligitur ex illis verbis: & si in peccatis sit, remittentur ei: Iacobi 5^o. Secundo, quia non requiritur, quod infirmus peccaverit per determinatum sensum, (oſſatum v.g.) vt illi applicetur illa partialis forma: indulget tibi Deus quidquid peccasti per odoratam: ergo neque requiritur, quod peccaverit aliquo sensu, vt omnibus illis applicetur totalis forma. Tertio, quia Beatissima Virgo potuit baptizari, & de facto fuit baptizata

zata, etiam si non habuerit originales: (ut dixi in tract. de Baptismo cap. 7. & num. 12. & à num. 16.) ergo à simili capax erit Extremæ vñctionis, qui non habuit actuale. Ita D. Bonavent. Suarez, & Aegidius, quos citat, & sequitur G. Hurt. diffic. 10. & satis confirmatur ista conclusio ex dictis à num. 28.

33. Sed Vazquez disp. 119. cap. 8. & Nugnus citati à predilecto Hurt. Item Albiz, & Fabro oppositum defendant: & obiciunt Tridentinum ses. 14. in proœmio ad Extremam vñctionem dicens, hanc esse consumativam poenitentiae: sed qui non peccavit actualiter non est capax poenitentiae Sacramenti: ergo neque Extremam vñctionis. Respondeatur negando consequentiam: Concilium enim Extremam vñctionem vocat consumativam poenitentiae; quia Sacramentum poenitentiae fuit institutum ad delendum peccata; at Extrema vñctio ad tollendum peccata, (venialia ex primaria intentione) necnon, & reliquias peccatorum. ¶ Obiciunt secundò Scotum distinct. 23. §. De secunda conclusione vers. Quod additur dicente, quod perfectè innocentes sunt incapaces huius Sacramenti. Præmisserat autem quasi principio, ex quo illud intulit, quod Sacramentum hoc debet conferri homini poenitenti. Quare, qui non habet poeniten-

tiam saltè de venialibus, (Inquit Scotus) non est capax Extremæ vñctionis. Planè ergo adversatur Scotus, & nostra conclusioni; necnon & dictis à num. 28. Repondetur negando consequentiam: quia Scotus ibi vocat incapax recipiendi Extremam vñctionem subiectum, quod ipsam recipit fructuolè quoad effectum remittendivenialia. Sic enim loquitur: Quod additur poenitentis, patet; quia nullus est capax istius Sacramenti dignè, nisi sit in gratia (Expendo ly dignè) igitur, sicut loquendo de illo, qui non est in gratia, illum vocat incapacem illius Sacramenti, non quidem absolute, (Ille enim, qui cum cōsciētia peccati mortalis accederet ad Extremam vñctionem, validè illam recipere, etsi peccaminosè; non tecūs ac si accederet ad Baptismum, Confirmationem, Ordinem, & Matrimonium.) sed dignè. Ita loquendo de perfectè innocente, illum vocat incapacem, recipiendi Extremam vñctionem, non quidem absolute, sed fructuose: etenim iste non reciperet remissionem venialium: cum supponamus, illi non habere.

34. Obiciunt tertio, quod, si omnino innocentia conferretur hoc Sacramentum, falsa esset illa posterior pars formæ: indulgeat tibi Deus quidquid peccasti. Respondeatur negando: quia tensus est: cōferat tibi Deus gratiam remissi-
vam;

vam: ut constat ex dictis à num.
29. Videatur Aoustonius verb. Ex-
tremavunctionio à num. 17.

D u b i u m XX.

35 P Etes 20. an, hoc Sacra-
mentum sit conferendū
adulto morienti post Baptismū
statim taliter, ut nullum peccatum
commiserit. Respondetur affir-
mativè. Quia, et si non deserviat
ei ad delendum peccata venia-
lia, confert gratia augmentum;
& auxilia ad resistendum; & sani-
tatem corporis, si expediatur. Sic
que fuisse practicatum Madriti
anno 1620. ex Ioanne Sancio
testatur Aoustonius ibi; citatque
Præpositum contra Nugnum.

D u b i u m XXI.

36 P Etes 21. an eidem infir-
mo in eadem infirmita-
te possit pluries conferri Extre-
mavunctionio? Respondetur affirmati-
vè, si infirmus liberatus est à
periculo; & in novum iterum in-
cidit: secùs autem si in eodem
periculo perseverat. Ita ex Trid.
fes. 14. cap. 3. de Extrema vunctione
fatentur omnes.

*Despectantibus ad effectus Extre-
ma vunctionis.*

D u b i u m XXII.

37 P Etes 22. effectus huius Sa-
cramenti. Respondetur,
à Tridentino fes. 14. cap. 2. de Ex-

tremavunctione sic declarari. Hu-
ius Sacramenti res est gratia Spi-
ritus Sancti; cuius vnclo delicta, si
qua sint adhuc expianda, ac peccati
reliquias abstergit; ac ægroti ani-
mum alleviat, & confirmat, mag-
nam in eo divine misericordie fi-
duciam excitando: quia infirmus su-
blevatus, & morbi incommoda, ac
labores levius fert, & temptationi-
bus dæmonis calcaneo insidianis
facilius resistit: & sanitatem cor-
poris interdùm, ubi saluti animæ
expedierit, consequitur. ¶ Vnde
constat, tres esse effectus huius
Sacramenti, nempe gratiam san-
ctificantem, quatenus habet ad-
iunctam gratiam Sacramenta-
lem propriam huius Sacramen-
ti; vi cuius animus infirmi vi
morbi infirmatus, ac torpore
quod depreclus robotatur, seu
alleviat, & excitatur ad spem,
& fervorem spiritualem, seu
præparatur ad fortiter sustinen-
dum diaboli insultus; qui tunc
temporis maximè impugnat.
Quem effectum alsignat Tridet.
præallegatis verbis, per illa, res est
gratia Spiritus Sanctus. Secundus
effectus est remissio peccatorū,
(saltēm venialium) necnon &
reliquiarum peccatorum. Qui
effectus est expressus in præalle-
gatis verbis. Tertius effectus est
sanitas corporis non absolutè, &
sempor, sed sub conditione,
quod expediatur saluti animæ se-
cundum divinam providentiam.
Qui effectus etiam est expressus
in præallegatis Concilij verbis.

D V B I V M XXIII.

Petes 23. quid per ly reliquias peccati veniat intelligendum? Respondeatur, divisos esse A A. Quidam enim dicunt, concilium per reliquias peccatorum significare peccata, quæ post alia Sacra menta suscepta restant remittenda; maxime, quæ moribundus propter invincibilem ignorantiam, seu oblivionem, aut propter sensuum destinationem per confessionem dle non potest. ¶ Alij volunt, per reliquias peccatorum intelligi infirmitatem quamdam animi; & pœnas temporales; quæ ex peccatis remissis reliquuntur. ¶ Aegidius tamen *disp. 19. n. 17.* fecutus *Bellarminum existimat,* (quibus subscrivo) utramque sententiam esse veram. Quia tam peccata, quæ per Sacra menta expiari non posunt (ut manet explicatum) quam prædicta infirmitas animi, aliæque pœnae temporales posunt propriè vocari reliquiae peccati: cùm ab illo duxerint originem.

D V B I V M XXIIII.

Petes 24. quisnam ex esse. cibus à Concilio at signatis sit primarius, ad quem primo, & per se institutum est Sacramentum istud? Respondeatur, omnes prædictos effectus à Concilio enumeratos esse de prima-

ria intentione Christi Domini instituentis hoc Sacramentum. Quia sine congruenti ratione preferretur unus alijs. Itaque Christus Dominus instituens hoc Sacramentum voluit indifferenter, æquè primò aut sine subordinatione unius ad alium omnes illos effectus à Concilio enumeratos. Et ratio est, quod inter illos nulla est dependentia, aut subordinatio ex natura rei, aut ex dispositione divina. Quapropter dignè recipienti hoc Sacramentum confertur gratia Sacramentalis, seu ius, vi cuius Deus manet obligatus operari omnes, & singulos illos effectus à Concilio enumeratos sine aliqua dependentia, aut subordinatione, unius ad alium. Quare aliquando omnes illos simul operatur; aliquando autem unum tantum, aut alium iuxta dispositionem subiecti. ¶ Nota, gratiam Sacramentalem esse ipsam gratiam sanctificantem, non præcisè, sed quatenus ei annexuit Deus divinam acceptationem habentem se per modum legis, & pauci, quo Deus se obligat conferre subiecto habenti talen gratiam collationem specialium auxiliorum in Ordine ad prædictos effectus tempore opportuno operandos. (Recolantur dicta in tract. de Sacram. in genere cap. 4. à num. 43.) Dicimus ergo, quod dignè recipienti Extremamunctionem confertur gratia sanctificans, & ius ad collationem specialium auxilio-

xillorum, quæ necessaria fuerint ad omnes illos effectus à Concilio enumeratos operandos tempore opportuno. Nullamque agnosco prioritatem, aut posterioritatem in prædicto iure ad operandum prius unum effectum, quam alium. Benè quidem potest esse, & de facto erit særissime inter prædictos effectus prioritas, & posterioritas; non tamen in iure ad illos operandum. Sicuti habenti gratiam sanctificantem prius remittitur mortale, quam conferatur gloria; tamen in iure fundato in prædicta gratia nulla prioritas est distinguenda.

40 Insuper noto, inter prædictos effectus nullam esse subordinationem. Quia, et si hanc necessariò debeamus concedere inter effectus alicuius causæ physicæ; (v.g. inter expulsionem frigidityatis, & introductionem caloris) nihil tamen cogit ad sic philosophandum in causis moralibus (quales sunt Sacraenta respectu suorum effectuū: ex tract. de Sacram. in genere cap. 5. à num. 1.) Et ratio est, quod causa naturalis sine electione, aut libertate producit suos effectus; causa autem moralis principalis (qualis in præsenti est Christus Dominus) liberrimè instituit Sacraenta: & consequenter potuit velle, inter prædictos effectus nullam esse subordinationem. Quod autem de facto sic instituerit, constat ex eo, quod contingere potest (sicque forte pas-

sim contingit) quod vi huius Sacramenti conferatur unus effectus, quia respectu illius homo est dispositus; & non conferantur alij; quia caret dispositione ad illos requisita. Ægre enim mihi suadebunt, quod illi, cui expedit salus corporalis, denegetur via huius Sacramenti; eoquod habeat complacētiam alicuius peccati venialis; & ob hoc ei non remittatur virtute Extremæ Vocationis; vel è contra, quod non remittatur veniale, si alias ad hoc habet sufficientem dispositionem; eoquod non est conferenda illi salus corporalis.

41 Ex quibus constat, in quo sentiu posuit sustineri; aut refutēda veniat sententia affirmans, hoc Sacramentum primò fuisse institutum ad remittendum venialia. Pro qua sententia Ægidius disp. 19. n. 16. citat Durandum, & Navarrum affirmantem, esse communem sententiam Iuristarum. Citat etiam nostros D. Bonavent. Ricardum, & Scotum. Sed, quidquid sit de alijs, Scotus solum affirmit, hoc Sacramentum nō fuisse institutum ad acquirendum gratiam, (puta primam; putaque ex primaria intentione) Et forte nihil aliud docent reliqui citati pro hac sententia. Quod & nos fatemur: est tamen longè aliud ab hoc, quod intēdit Ægidius. Benè enim stat, hoc Sacramentum non fuisse institutum ex primaria intentione ad dandum primam gratiam sanctificantem: &

& tamen, quod in augmēto gratiæ, quæ per ipsum recipitur, fundetur æque primo ius ad remittendum venialia, ad resistendum temptationibus; & ad acquirendū sanitatem corporis, si expeditat; ut nos affirmamus. Igitur, si hæc sententia affirmet, remissionem venialium simul cum alijs effectibus esse de prima intentione huius Sacramenti, potest sustiniri. Secùs autem, si loquatur excludendo alios effectus à Concilio assignatos.

42 Constat etiam ex dictis, in quo sensu sit sustinenda, aut refutanda sententia asserentium, hoc Sacramētum esse primò institutum ad tollendum reliquias peccati. Pro qua sententia Aegidius ibi num. 17. citat D. Thom. dicitque ipsum sequi communiter discipulos. Quibus facile subscribemus, si intendant, reliquias peccatorum simul cum alijs effectibus à concilio relatos esse de primaria intentione Christi Domini instituentis hoc Sacramētum. Secùs autem, si loquantur in sensu exclusivo; intendantque ablationem reliquiarum peccatorum esse primarium effectum huius Sacramenti, taliter, ut nihil aliud sit de primaria intentione Christi Domini instituentis illud.

DVBIVM XXV.

43 Petes 25. an hoc Sacramētum possit conferre pri-
mam gratiam, seu remittere

mortalia? Respondeatur affirmati-
vè. Quia Sacra menta mortuo-
rum (baptismus, & Pœnitentia)
conferunt aliquando secundam
gratiam: ergo Sacra menta vivo-
rum (de quorum numero est Ex-
tremæ vñctionis Sacra mentum)
poterunt conferre pri-
ma. Patet consequentia à paritate. Re-
colantur dicta in tract. de Sacram.
in genere cap. 4. à num. 11. ubi du-
biū istud late resolvimus: duos
que modos defendendi hanc cō-
clusionem, tamquam probabiles
& adduximus, & propugnavi-
mus.

DVBIVM XXVI.

44 Petes 26. an tota gratia
huius Sacramenti con-
feratur in ultima vñctione? Res-
pondeatur negative. Quia quali-
bet vñctio cum forma sibi cor-
respondente constituit vnum Sa-
cramentum essentialiter inte-
grum, & completum: ergo vi il-
lius debet conferri gratia aliqua:
ergo tota gratia collata vi huius
Sacramenti non confertur in ul-
timā vñctione. Ita Scotus dist.
23. § Ad primum vers. Ad secun-
dum, (quatenus affirmat, quod
effectus huius Sacramenti non
est vna vñitate indivisibilitatis,
sed vñitate plenariæ remissionis
omnium venialium) Paludanus
quest. 1. art. 5. Medina Cod. de
Confessione q. 11. Quod & proba-
bile reputant Suar. disp. 41. sect. 2.
& Aegid. disp. 19. num. 21.

45 Sed

45 Sed D. Thom. Suar. & AE.
gidius, quos citat, & sequitur G.
Hurt. diff. 11. (addens, sic commu-
niter sentire DD.) affirmant, nihil
gratiae conferri per Extremam
unctionem quoadvisque perficia-
tur ultima unctio, & forma illi
correspondens: & obijciunt: eo-
mune est omnibus Sacramentis,
non causare quoadvisque com-
pleta, & perfecta sint: sed ante
ultimam unctionem hoc Sacra-
mentum non est completum, &
perfectum: ergo ante ultimam
unctionem nullam gratiam cau-
sat. Respondetur distinguendo
maiorem: in suo esse esentiali,
concedo: in integrali, nego. Ut
enim nuper dicebamus, quilibet
Unctio cum sua forma corre-
spondente constituit unum Sa-
cramentum esentialiter com-
pletum, integrum, & perfectum:
quamvis alias in esse integrali no-
sit completum, & perfectum
hoc Sacramentum, quoadvisque
ponatur ultima Unctio. Cuius si-
mile habemus in Sacramento
Ordinis: Subdiaconatus enim
(idem est de Diaconatu) licet
non sit Sacramentum perfectum
in esse integrali, statim confert
gratiam. Idem patet in Euchari-
stia; quae integratur ex speciebus
panis, & ex speciebus vini: &
tamen quilibet harum spe-
cierum statim ac tu-
mitur, confert
gratiam.

D V B I V M XXVII.

46 Petes 27. quo infirmita-
tis tempore sit admini-
strandum hoc Sacramentum, vt
convenienter salutem corporis
(si expediat) operetur? Respon-
deretur susceptionem huius Sacra-
menti non esse differendam ad
vitium, seu extrellum vitæ.
Quia Sacra menta non operantur
virtute miraculosa, sed ordina-
ria, (etsi supernaturali.) Et ideo
non est expectandum, quod cor-
pus sit ita viribus destitutum, vt
sit manifestum miraculum ad sa-
nitatem redire. Hoc enim est
quodam modo tentare Deum:
vt ex nostro Pitigiano notant
Diana 3. p. tract. 4. Resol. 173. &
Ausonius verbo Extremæ unctionis
utilitas num. 4. Igitur in quo-
cumque tempore infirmitatis ita
periculosæ, vt prudenti iudicio
timeatur periculum mortis, (vt
ex Eugenio III. & Tridentino
expendit G. Hurt. diff. 10.) licet
potest adhiberi hoc Sacra-
mentum: consalendumque est, ne
multum differatur. Tum, prop-
ter periculum moriendi sine illo.
Tum, quia usus rationis multum
excitat devotionem, vt effe-
ctus spirituales huius Sacra-
menti vberiores
habeantur,

(v.)

*De spectantibus ad obligationem
recipiendi Extremam vn-
ctionem.*

D V B I V M XXVIII.

47 **P**etes 28. an extet præcep-
tum recipiendi Extremā
Vnctionem? Respondetur nega-
tivè. Quia nullibi assignatur. Ita
Scotus dīst. 17. §. In ista quæstione
vers. Si dicatur, noster Villalobos
G. Hurt. & Coninch, quos citat, &
sequitur Diana 3. p. tract. 4. Resol.
170. & 5. p. tract. 3. Resol. 97.

48 Sed Petrus de Soto lect. 2.
de Sacramento Extreme vunctionis
oppositum affirmat. Pro qua sen-
tentia obijcies: tenemur, non
contemnere Sacramēta: sed qui,
oblata omnimoda occasione re-
cipiendi hoc Sacramentum, non
illud reciperet, diceretur illud
contemnere: ergo saltēm, quan-
do adeit talis opportunitas, est o-
bligatio illud recipiendi. Maior
est certa; & consequentia legitima.
Minorem autem docere vi-
dentur multi, præsertim Scotus
in 4. d. 7. q. 2. Respondetur negā-
do minorem. Scotus autem ibi
loquitur in casu, quo quis tenea-
tur de per accidens recipere hoc
Sacramentum, nempè quando
ex non receptione oriretur scan-
dalum, aut contemptus huius
Sacramenti: vt latè probavimus
in tractatu de Confirmatione à
num. 15.

49 Obijciunt secundò, hoc

Sacramentum est utilissimum
ad salutem: ergo debemus illud
recipere. Respondetur negando
consequentiam: quia eo ipso ac
non est simpliciter necessarium
necessitate medijs, aut præcepti,
nulla est obligatio rigorosa illud
recipiendi. ¶ Dices: potest con-
tingere quod aliquando quis sal-
vetur recipiendo primam gratiā
vi huius Sacramenti: (iuxta di-
cta n. 47.) ergo saltēm tunc tene-
tur homo illud recipere. Respon-
detur negando consequentiam:
quia etiam tunc solum tenetur
ponere medium simpliciter ne-
cessarium: quale est contritio su-
pernaturalis; aut dilectio Dei su-
per omnia. ¶ Instabis: ergo in
casu quod quis in articulo mor-
tis constitutus sentiret, se indis-
positum ad eliciendum conti-
tionem, aut dilectionem Dei; &
alias non haberet opportunitatē
confitendi, teneretur recipere
hoc Sacramentum. Pater: quia
tenetur curare de propria salute
spirituali, & tunc non suppetit a-
liud medium. Respondetur con-
cedendo totum, notando tamen
quod obligatio tunc recipiendi
hoc Sacramentum, non oritur
per se ex aliquo præcepto reci-
piendi Extremam vunctionem;
sed ex præcepto naturali curandi
de propria salute spirituali. Qua-
re semper substituit nostra conclu-
sio affirmans, nullum dari præ-
ceptum per se obligans recipe-
re hoc Sacramentum: quamvis
alias de per accidens possit ho-
mo

esse obligatus ad receptionem illius.

50 Obijciunt tertio, ex charitate tenemur administrare hoc Sacramentum proximo: ergo & tenemur, nos illud recipere. Respondetur negando antecedens: charitas enim non ex præcepto, sed ex consilio impellit tam circa se, quam circa alios ad id, quod non est simpliciter necessarium ad salutem. ¶ Dices: saltem Parochus tenetur illud recipere. Antecedēs probatur ex eo, quod tenetur subvenire oīibus nō solum in necessariis, sed etiam in utilissimis. Consequentia autem probatur: non enim tenetur, aetiori præcepto subvenire alijs, quam sibi. Respondetur negando antecedens; & eius probationem: solum enim tenetur vi officiū administrare illa, quæ ad salutem sunt simpliciter necessaria. In alijs autem hæc obligatio oritur ex Charitate: in Parocho vero ex iustitia. Respondetur secundò negando consequentiam: ad probationem dico, maiori obligatione teneri circa alios, quam circa se ipsum; non quidem per se, sed ratione pacti, quod implicitè pepigit cum Parochianis administrandi illis non solum necessaria, sed etiam utilissima. Sed hoc non est ad rem: in præsenti enim loquimur de præcepto, quod directè respiciat receptionem huius Sacramenti: (quam negamus) non autem de obligatione per accidens adiuncta. Hoc

enī m modo posse obligare receptionem Extremæunctionis, non est dubium: vt si omitteretur cum scando; vel ex contemptu, &c.

DUBIVM XXIX.

51 Petes 29. an saltem sub veniali sit obligatio recipiendi Extremam uunctionem? Respondetur negativè. Quia ubi non est præceptum, nulla est obligatio. Ita videtur sentire Villalob. tom. 1. tract. 10. diff. 5. num. 1. & G. Hurt. diff. 11. quatenus affirmant, in omissione huius Sacramenti non intervenire peccatum: & in hoc inclinat Suarez; vt ex Nugno notat Diana 3. p. tract. 4. Resol. 70. ¶ Sed Coninch aisp. 19. num. 30. & Nugnus in 3. p. t. 2. q. 23. art. 2. diff. 1. oppositum affirmant: & obijciunt: in non receptione huius Sacramenti, opportunitate oblata, intervenit spiritualis prodigalitatis: ergo & peccatum veniale. Respondetur negando antecedens, seu suppositum illius: propria enim prodigalitas solum circa corporalia versatur: alias peccaret peccato prodigalitatis spiritualis, qui omittit lucrationem indulgentiarum, receptionem Eucharistie, poenitentiae, &c. oblata opportunitate aliquid huiusmodi efficiendi. Adde, prodigalitatem propriè reperiri circa prudentem conservationem bonorum corporalium possessorum; non autem circa acquisitionem possidendo-

rum. Quare et si peccatū prod' galitatis ille, qui indebitē derogat bona sua; nō tamen ille, qui ob segnitiem nova bona non acquirit.

DVBIVM XXX.

S I P Etes 30. an sit obligatio existendi in statu gratiæ ad dignam receptionem huius Sacramenti? Respondeatur affirmativè. Quia est vnum ex Sacramentis vivorum, seu quæ recipi per se debent à subiecto vivificato per gratiam sanctificantem. Recolantur dicta in tract. de Sacram. in genere cap. 4. præst. tit. num. 3. ¶ Notant communiter, ad dignam susceptionem Extremæ vunctionis non esse necessariam confessionem, aut receptionem alicuius alterius Sa-

cramenti. Quia, et si requiratur status gratiæ; potest tamen hæc haberi per contritionem supernaturalem, aut dilectionem Dei super omnia: & alias ad dignam receptionem huius Sacramenti non extat aliquod præceptum de receptione alterius Sacramenti. Quare ille, qui in extremis positus committit aliquod mortale post receptionem poenitentiarum, & Eucharistiarum per modum viatici, nō tenetur ex vi receptionis Extremæ vunctionis aliquod aliud Sacramentum prævie recipere; sed ad dignam illius receptionem satis est, quod eliciat contritionem, aut supernaturalem Dei dilectionem super omnia. Et hæc de Extremæ vunctionis Sacramento dixisse sufficiat.

(.)

LAVS DEO, ET MARIAE Matri eius.

INDEX

INDEX

RERVM NOTABILIVM,

quæ in hoc volumine continentur.

Littera p. Paginam; n. numerum paginæ indigitat.

A.

Accidens est ens non simpli-
citer, sed secundū quid se-
cundū Philosophū 7. Metaph.
cap 4. explicatur: p. 4. num. 5.
Duo accidentia solum numer-
ro distincta, quomodo possunt
similē esse in eodem subiecto:
p. 152 n. 83.

Actus contritionis, & charitatis
non sunt Sacramentum defas-
to, & quare? bene tamen de
possibili, non solum pro An-
gelis; sed etiam pro homini-
bus: p. 8. n. 11.

Adulterium habet quandam re-
compensationem: p. 391. n.
129.

Amicus. Inter amicum possiti-
vè, & inimicum possitivè da-
tar medium, nempe subiectū
abstrahens ab utroque. p. 39.
n. 17.

Angelus non est proximè capax
recipiendi nostra Sacraenta:
p. 181. n. 1. Si aliquis esset bap-

tizatus à bono Angelo non es-
set rebaptizandus: & quid si à
malo? p. 69. n. 38.

Annus solaris, & Ecclesiasticus
quomodo differant: p. 378. n.
99. Qui sint anni pubertatis,
seu nubiles? p. 388. n. 123.

Aqua benedicta delet venialia
ex opere operato: p. 189. n. 5.
Vide verb Sacramentalia. Vo-
luntaria receptio aquæ bene-
dictæ præter remissionem ve-
nialium meretur ex opere o-
perantis aliquid aliud apud
Deum: p. 192. n. 9.

Authoritates. Quomodo sint in-
telligendæ, quibus dicitur; si-
dem iustificare? p. 12 n. 18. &
19. Et illæ, quibus iustificatio
tribuitur verbo: ibi n. 19.

Attritio cognita, vt tal iest suf-
ficiens dispositio in Baptismo,
& poenitentia. p. 115. n. 5. &
p. 116. n. 7.

B.

In Baptismo ablutio tantum est
Dd2 fun.

INDEX

fundamentum relationis signi ad gratiam ablutivam animæ: p. 19. n. 31. Validè baptizaret Arianus ex vna parte firmiter credens, non esse Trinitatem, & ex alia volens facere, quod facit Ecclesia Catholicorum: p. 29 n. 54. Baptismi Minister quis sit in casu necessitatibus? p. 69. n. 40. Et quis extra necessitatem? p. 70. n. 41. In quo sensu in Baptismo temper recipiatur Spiritus Sanctus? p. 73. n. 47. Baptinus, quo Athanasius puer pueros baptizavit, fuit vero iudicatus: & quare? p. 79. n. 62. Fuit item validus baptismus S. Ginesij: ibidem. Quare Baptinus dicatur Sacramentum mortuorum? p. 116. n. 6. Baptimus aliquando appellatur character, sigillum, & signaculum. p. 147. n. 73. Baptimus est vnum ex septem Ecclesiæ Sacrementis: p. 193. Eius necessitas declaratur verbis illis loan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non posset introire regnum Dei. ibi. Quibus nominibus insigniatur Sacramentum Baptismi? p. 194. n. 1. Quid sit baptismus? p. 195. n. 3. Eius definitio à Scoto tradita declaratur à num. 3. Quare Scotus possuerit duplē definitionem baptismi? p. 196. n. 6. An probabile sit, relationem signi fundari non solum in ablutione, sed etiam in verbis? p. 197. n. 7. An sit probabile re-

lationem signi ad gratiam fundari in sola ablutione? p. 199. n. 11. Sacramentum Baptismi fuit institutum ante mortem Christi Domini. p. 200. n. 13. Quo tempore ante passionem fuerit institutum Sacramentum baptismi? p. 201. num. 15. Non fuit institutum antequam Christus Dominus baptizaret à Ioanne. ibidem. Neque quando fuit baptizatus a Ioanne. ibi. n. 16. De hora institutionis Baptismi nihil certum affirmari potest: p. 202 n. 17. Christus Dominus immediate per se ipsum Baptizavit Beatisimam Virginem, & Beatum Petrum. p. 204. num. 21. Institutione Baptismi evacuavit circumcisionem ibi. n. 22. Materia remota Baptismi est aqua vera, & naturalis: p. 205. n. 1. Quam admixtionem potest admittere? pag. 206. n. 2. Aqua calida, vel frigida; levius aqua luctuosa, & quæ defluit ex gelu, & alia huiusmodi sunt materia Baptismi. 206. n. 3. Non autem humores naturaliter resoluti per digestionem, ut saliva, vrina, &c. neque liquores hervarum, & aliarum rerum, quæ per distillationem extrahuntur. ibidem. Referuntur diversi errores contra materiam Baptismi. p. 209. n. 5. Proxima materia Baptismi consistit in ablutione. p. 208. n. 6. In ablutione passiva: ibi. n. 7. Qualis debeat esse ablutione Bap-

INDEX.

tis malis. pap. 211. n. 14. Trina immersio non est de necessitate Baptismi. ibi. n. 15. Valide baptizatur puer, quem cum dispendio vite minister ejicit in puteum, vel flumen (licet in hoc graviter peccaverit) p. 212. n. 16. In quo casu hoc possit licere? p. 213. n. 18. Quaelibet ablutio sufficit pro materia Baptismi; p. 214. n. 19. Et in quacumque minima quantitate aquæ: p. 215. n. 21. Datur verus Baptismus, quando solum capilli, aut vngues asperguntur. pag. 216. num. 22. Et quando puer natus sub tilla quæ dicitur secundina; etiam si non extrahatur ex illa valide potest baptizari; ibi num. 23. Item est validus baptismus factus in umbilico, ibi num. 24. Item valide baptizatur infans, si existens in utero materno pede, mamum, vel aliam partem corporis exarat, etiam si postea retrahat illam; ibi num. 25. Intuper si infans existens in utero posset immediate attigi aqua in aliqua parte sui corporis; (sive tunc mater esset viva, sive mortua) ibi n. 26. Baptismi forma Quæ sit? pag. 217. num. 1. Referuntur diversi errores, qui circa formam baptismi extiterunt. pag. 218. num. 2. Quæ verba sint de necessitate formæ Baptismi. p. 219. n. 4. Ad clementiam formæ Baptismi spectat exprimere actionem ministri.

p. 221. n. 8. Immo, & quod est physica actio illius ministri, qui baptizat. ibi. n. 9. Item est de necessitate formæ explicita invocatio trium personarum Trinitatis. p. 224. n. 11. Baptismus datus sub nomine Christi fuit aliquando validus. p. 225. n. 13. An post tempora Apostolorum efflam fuerit validus? Est problema. pag. 228. n. 18. Propugnatur sententia affirmativa. ibi. n. 19. Propugnatur sententia negans. p. 230. n. 22. Explicantur autoritates utriusque sententiae. pag. 232. num. 24. Quid sit observandum in praxi? p. 234. n. 27. Non est validus Baptismus collatus sub hac forma; ego te Baptizo in nomine Trinitatis. ibi. num. 28. Est de necessitate formæ, Baptismi, quod in ea exprimatur unitas clementia p. 235. n. 30. Item invocare tres Divinas personas sub consuetis nominibus p. 236. n. 32. Non est validus Baptismus collatus sub hac (vel simili) forma: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Beatae Mariae, (vel omnium Sanctorum). p. 238. n. 35. Forma simul proferri debet, quando adhibetur ablutio. p. 240. n. 40. Qualem unitatem habeat Baptismus. p. 242. n. 1. Baptismus iterari non potest. p. 243. num. 2. Bene tamen, quando dubitatur de eius valore. ibi n. 3. Iteratio ista debet esse sub conditione.

INDEX.

ditione. ibidem. Pueri expositi, seu qui reperiuntur ad vas Ecclesiae, aut alicuius domus sunt sub conditione Baptizandi. p. 245. num. 7. Imm. etiam si infantulus schedulam Baptismi secum habeat appentam. ibi. n. 8. Et ille quem obstetrix domi baptizavit. ibi. n. 9. Peccat, qui baptismum sub conditione praestat non baptizato, quem certo scit non esse Baptizatum, p. 246. n. 11. Tamen hoc peccatum solum est veniale. ibidem. Aliquando est obligatio iterandi Baptismum. pag. 248. num. 14. Ab eodem ministro proferenda sunt verba, & ponenda ablutio. pag. 249. num. 15. Quando plures simul concurrunt integrè baptizantes, seu quorum quilibet, & profert verba, & simul abluit eundem hominem, verum conficitur Sacramentum Baptismi, ibi. num. 16. Sive unus illorum prius finiat verba formæ, sive omnes simul abluant, & proferant verba, ita ut unus non finiat prius alio. pag. 250. num. 27. Tunc Deus acceptabit baptismationem huius, vel illius; congruit tamen, quod acceptet Baptismum illius ministri, qui, vel Sanctitate, vel Ecclesiae dignitate esset dignior. pag. 250. num. 27. In hoc casu solum sit vaum Sacramentum Baptismi. ibi. num. 29. Si plures eundem baptiza-

rent dicendo: Nos te Baptizamus, verum conficerent Sacramentum, si vniquisque intendat totaliter confidere; secus autem si intendat partialiter concurrere. pag. 251. n. 31. Illicitum est plures simul eundem baptizare ibi. n. 30. Si idem plures simul baptizaret sub hac forma: Ego vos baptizo, &c. & teneret baptismus, & plura Sacramenta conficeret. pag. 252. n. 32. An sit peccatum, & quale uti hac forma: Nos te baptizamus, &c? p. 253. n. 33. & 34. Cuicunque personæ humanæ viatori competit valide Baptizare. pag. 254. num. 1. Quare Angelus solum de potestate absoluta valide baptizaret. pag. 255. num. 3. Ex officio soli Sacerdoti congruit baptizare. p. 256. num. 5. Ex commissione autem Episcopi, vel Sacerdotis, Diaconus licite baptizat. ibi num. 7. Presbyter tamen licite potest baptizare independenter à Parocho. p. 257. num. 8. Non tamen Diaconus, adhuc extrema necessitate, & in absentia Sacerdotis. pag. 258. num. 9. Interviente iusta causa potest committi Diacono munus solemniter baptizandi. ibi num. 10. Baptizans debet personaliter distingui à Baptizato. p. 259. n. 12. In baptizate requiritur intentio, & qualis. p. 260. n. 14. Baptismus est necessarius ad co-
se-

INDEX

sequendam vitam æternam.
pag. 260. num. 1. Re ipsa suscep-
tus (extra casum martyrij)
est infantibus necessarius. ibi.
num. 2. Posunt salvare par-
vuli morte pro Christo Do-
mino perpetua absque Baptis-
mo re suscep. pag. 264. n.
10. Nec propterea mors pro
Christo Domino perpetua est
Sacramentum pag. 266. n.
13. Bene tamen est verum
martyrium. ibi. num. 14. Ad-
ulti posunt salvare absque
Baptismo in re suscep. &
absque martyrio. pag. 263.
num. 8. Baptimus non coe-
pit obligare, sed esse necessa-
rius viisque ad authenticam, &
universalem promulgationem
legis Evangelicæ, quæ facta est
in Hierusalem in die Pente-
costes. pag. 267. num. 16. Ex
tunc tamen non coepit esse
necessarius ubique terrarum.
pag. 278. num. 9. Adultus te-
netur baptizari; cum primum
possit. pag. 270. num. 12. Hæc
obligatio potest differri ex ra-
tionabili causa: ibidem. Quare
non sic aptius præcipere. Bap-
tismum in fine vitæ. pag. 271.
num. 13. Nequit Ecclesia de-
terminare tempus præcepti
divini, suscipiendi Baptismum
ante finem vitæ. pag. 272. n.
14. Neque obligare adultum
ad recipiendum Baptismum
hoc, vel illo tempore. ibidem.
Omnes, & soli homines viato-
res sunt capaces suscipiendi

Baptismum. pag. 273. n. 1.
Infans existens in utero ma-
terno est capax suscipiendi Ba-
ptismum. ibi. num. 2. Valide
Baptizantur infantes non bap-
tizatorum, invitatis parenti-
bus. pag. 274. num. 3. Quan-
do, id licet fiat ibi. num. 5.
Qui, amentes sint baptizan-
di? pag. 278. num. 11. Christus
Dominus, & Beata Vir-
go non fuerunt incapaces re-
cipiendi Baptismum, eoquod
immunes fuerint ab Origina-
li. pag. 278. num. 12. Non est
contra veritatem formæ Bap-
tismi affirmare, aliquos, in
lege gratiæ, in utero mater-
no fuisse sanctificatos. pag.
281. num. 18. Enumerantur
multi, qui in lege gratiæ fue-
runt sanctificati in utero na-
terno pag. 282. a num. 20. E-
numerantur effectus Baptis-
mi. pag. 283. à num. 1. Enu-
merantur effectus Baptismo
ab Hereticis falso tributi. pag.
283. a num. 6.
Ad valide recipiendum Baptis-
mum requiritur voluntas re-
cipiendi illum. pag. 286. num.
1. Qualis debeat esse ista vo-
luntas? ibidem. Ad recipien-
dum characterem Baptismi
requiritur, & sufficit velle re-
cipere Baptismum. ibi. num.
2. Quæ dispositio requiratur
in adulto ad recipiendum ef-
fectum Baptismi, qui dicitur
gratia baptismalis? pag. 287. à
num. 3. Attritio de peccato

INDEX.

mortalī personali sufficit pro dispositione, ut Baptismus cau-
set gratiam. pag. 288. num. 5. Iminò sufficit ista attritio cog-
nita, ut talis. p. 289. num. 7. Ista
attritio debet esse ex motivo aliquo modo respiciente æter-
nitatem pag. 290. n. 9. Debet
item se extendere ad omnia
peccata mortalia, quæ memo-
riæ occurunt. ibi num. 10. In-
super debet esse supernatura-
lis. pag. 291. num. 11. Baptis-
mus sicut susceptus, non con-
fert gratiam sanctificantem,
recedente fictione. ibi n. 12.

Cœremoniæ, quibus Baptismus
solemnis celebratur sunt con-
venientes, & laudabiles. pag.
292. num. 1. Quotuplex cœ-
remoniarum genus in Baptis-
mo sit adhibendum? p. 292. à
n. 2. Ista cœremoniæ habent
aliquos effectus: & quales sint.
p. 293. num. 5. Ista cœremo-
niæ causant aliquos effectus ex
opere operato. pag. 294. num.
6. Vna es his, cœremonijs est,
in Baptismo adhibendum esse
Patrinum. ibi. num. 7. Tem-
pore necessitatis non est ne-
cessarius Patrinus: ibidem.
Tunc non contrahitur cogni-
tio spiritualis: pag. 295. num.
8. Sacerdoti ex officio com-
petit catechizare, & exorcizare: ibi. num. 9.

Baptismus dividitur in Baptis-
mum aquæ, seu fluminis, fla-
minis, & sanguinis: pag. 295.
num. 1. Baptismus sanguinis

sufficit infantibus absque Bap-
tismo aquæ: pag. 296. num.
2. Item adultis non baptiza-
tis: ibi num. 3. In adulto exi-
stenti sub mortali personali,
requiritur pro dispositione ad
martyrium dolor de peccatis
à se commissis. pagina 298.
num. 7. Iste dolor sufficit,
quod sit attritio: pag. 299.
num. 8. Quæ conditiones sint
necessariæ ad consistentiam
veri martyrij? pag. 301. à n.
13.

C.

Calvinistæ admittunt duo tantū
Sacmenta, nempe Baptis-
mum, & Eucharistiam: p. 23.
num. 40..

Catholici non debent benè in-
stituta deferere eo, quod Dia-
bolus eam imitatur: p. 25. num.
43..

Causarū multiplicatio non colli-
gitur ex multiplicatione effe-
ctuum pag. 15. num. 24. Causa
stricta principalis debet in vir-
tute continere effectum: pag.
64. num. 28. & pag. 76. num.
53. non autem instrumentalis:
ibidem.

Causa physica quæ sit? pag. 171.
num. 1. Dividitur in princi-
palem, & instrumentalem: ibi-
dem. Item dividitur in physi-
cam, & moralem: ibidem.

Causare. Quomodo Sacmenta
causent gratiā, & characterē?
vide verb. Sacmenta. Et si ad

INDEX.

causandum gratiam instrumentū taliter concurrent tām minister, quām Sacramentum; non tamen sunt duo, sed unicum instrumentum: pag. 64. num. 29. Minus proprie dicitur causare, qui solum applicat causam: p. 64. n. 28.

Characteres Baptismi, confirmationis, & ordinis sunt adeo diversi, ut unus nequeat conferri virtute alterius Sacramēti, quam proprij: pag. 117. num. 10. Quid sit character: pag. 139. num. 54. Quid significet ibidem: Quas proprietates habeat: pag. 140. n. 55. Realis character est admittendus ibi n. 56. Et quare ibidem. Quæ contra realem characterem obiicit Scotus sibi, ex ipso solvuntur: ibi a n. 57.

Character reducitur ad gratiam gratum facientem; necnon, & ad gratiā gratis datam; & quare: pag. 144. n. 64. A nulla creatura potest destroī physicē, aut de meritorie, pag. 145. n. 65. Quid de reali charactere senserit Scotus: pag. 145. num. 66. Character dicitur indelebilis respectu cuiuscumque creaturæ; immo, & respectu potest ordinariꝝ Dei. p. 145. num. 65. & p. 167. num. 116. Solum authoritate Ecclesiaz tenendum est, characterem esse entitatē realem: pag. 146. num. 69. Solvuntur omnia, quæ contra hanc sententiam cōgerunt diversi authores: ibi a num. 70.

Character imprimetur in Baptismo, confirmatione, & ordine. pag. 149. n. 77. Character est dispositio ad gratiam Sacramentalem, seu quæ confertur virtute Sacramenti, nō ex natura rei, sed dispositione divina; p. 150. num. 79. Character imprimebatur in Circumcisione, ibi. 80. Et in lege naturali, p. 151. n. 82. Character est relatio extrinsecus adveniens; aut qualitas: p. 153. n. 84 & p. 156. n. 89. Specialiter defenditur probabiliter, quod character sit qualitas. ibi. num. 90. Quæ contra hanc iententiam militant solvuntur à num. 91. Est qualitas supernaturalis: pag. 158. n. 93. Spectat ad primam speciem qualitatis, vel ad secundam, ibi: num. 94. Vtraque sententia defenditur. ibi a n. 95. Character probabiliter est relatio extrinsecus adveniens: p. 160. num. 101. Argumenta contra hanc sententiam adducuntur, & solvuntur: pag. 161. a n. 102. Fundamentum proximum characteris est ipsa nuda anima: pag. 163. num. 105. Per characterem refertur characterizatus ad Christum Domini; & etiam ad omnes alios habentes cūdēnt characterē; necnon, & ad omnes alios, nō habentes tales characterem: & cum qua differentia: p. 162. num. 104. Quomodo differre possint characteres diversorū Sacramentorum, si sint relationes.

INDEX.

tiones: pag. 164. num. 106. Ad quod prædicamentum spectet, si sit relatio extrinsecus adveniens? ibi. num. 107. Character est aequalis in omnibus: ibi. n. 108. Character non intenditur defacto, sive sit relatio, sive qualitas: ibi. num. 109. Subieccatur immediate tam in anima, quam in voluntate: & quomodo: pag. 165. n. 110. Perseverat pro alia vita, pag. 167. n. 117. In charactere distingendum est aliquid physicum, & aliquid morale. p. 168. n. 119. In alia vita perseverat physicu characteris, sine morali: ibi. n. 118.

Charitas: ex charitate teneor, si comodè possum, vitare peccatum alienum. p. 106. num. 115. Non tamen teneor, cum incommode: ibidem. Debeo præsumere proximum, non peccare in administratione Sacramenti; nisi oppositum mihi certum constet: ibidem.

Christus Dominus de facto fuit Baptizatus baptismo à se instituto: p. 49. n. 43. Et pag. 280. n. 17. Christus Dominus instituit omnia Sacra menta legis gratiæ: pag. 51. num. 1. & immediate: pag. 52. n. 2. Hoc tamen non est de fide: pag. 54. num. 6. An illa instituerit quatenus Deus? an quatenus homo? p. 54. n. 7. Ut homo meruit collationem gratiæ vi Sacra mentorum. p. 55. num. 8. Non tamen habuit aliquam causalitatem physicā

in gratia: ibi n. 9. Habuit potestate in faciendo miracula: & quid in ipso, & in Sanctis sit hæc potestas? pag. 56. num. 11. Eius humanitas dicebatur organum respectu miraculorum. Ibidem. Quatenus homo habuit potestatem determinandi signa, ad quorum positionem Deus ponat infallibiliter gratiam sanctificantem: pag. 57. n. 12. In eius opera derivabatur infinitus valor ex persona verbi: pag. 60. n. 18. Quatenus homo fuit propriè institutor Sacramentorum: pag. 62. num. 23. Non fuit insignitus Charaktere aliquo: & quare? pag. 142. n. 62. Immediate per se ipsum baptizavit Beatissimam Virginem & Beatum Petrum. p. 204. n. 21. Non fuit incapax recipendi baptismum meo, quod immunit fuit ab originali peccato. p. 278. n. 12. Probabile est recipere Sacramentum Baptismi. p. 280. n. 17.

Circumcisio fuit proprium Sacramentum: pag. 35. num. 10. & p. 31. n. 38. Non constabat rebus, & verbis: ibi. Fuit data anno 400. ante legem scriptam: pag. 35. n. 9. Non aperiebat ianuam coeli; & quare? pag. 40. n. 22. Ex hac non apertione non infertur, circumcisionem non contulisse gratiam. ibidem.

D. Cyprianus explicatur, dum affirmare videtur, Christum Dominum, solum Eucharistia Sacramentū instituisse: p. 58. n. 5. Cy-

INDEX.

Cypriano immerito tribuitur sermo de ablutione pedum : ibidem.

Clerici habent aliquas exceptiones, & quales? pag. 392. n. 132. Sunt exempti a potestate Principum saecularium ; & iure humano; & divino: ibi. num. 133. Hoc prævilegium non potest Clericus renuntiare ; etiam ex facultate Episcopi. pag. 393. num. 135.

Cœremonia, quid significet? Est nomen Latinum : & vnde ortum habuerit: p. 188 n. 2.

Conceptus formamus de rebus, quas sensibus experimur involventes plura, quæ non sunt de illorum essentia: pag. 8. n. 11.

Concilia, quomodo sint intelligenda, quando negant, Sacramentis legis antiquæ collationem, aut affectionem gratiæ. pag. 11. n. 17. Concilium Carthaginense. III. fuit celebratum anno de 436. tempore Pontificis Sixti III. & Imperatoris Valentiniani III. p. 345. num. 28. Concilium Florentinum fuit celebratum sub Eugenio III. qui vixit ad annum 1431. Concilium Trident. cœpit ad annū 1545. p. 145. n. 68.

Concionari sub mortali nullum est peccatum, p. 100. n. 183. & p. 371. n. 84.

Conditio de præterito, aut de præsenti apposita in affectione Sacramenti non irritat illud, si, in re est adimplera; secùs autem si non: p. 92. n. 85. Neque con-

ditio, quæ apud nos non est certa; sed tantum apud Deum. ibi n. 86. Non est licitum, conditionem, sive mentaliter, sive externè apponere, sine necessitate, pag. 93. n. 87. & p. 246. à num. 11. Conditio de futuro contingenti invalidat Sacramentum: p. 93. n. 87.

Confessor dubitans de sua Ordinatione, utrum possit administrare pœnitentiam? p. 101. n. 106. Quid de illo, qui habet iudicium probabile: pag. 103. n. 110. Quid de illo, qui est certus de sua ordinatione; habet tamen iudicium solum probabile de iurisdictione: p. 104. num. 112.

Confirmatio. Quid sit. pag. 303. num. 1. Quæ de confirmatione sunt certa inter Catholicos? p. 304. num. 4. Quo tempore fuerit instituta, p. 305. n. 5. Non est necessaria ad salutem, pag. 308. n. 10. Ille, qui opportunitate sibi oblata non recipit confirmationem; non dicitur illa contempnere, pag. 310. n. 14. Nec sub peccato veniali est obligatio recipiendi confirmationem: p. 311. n. 16. Nullum est peccatum suscipere ordines ante confirmationem: ibi n. 17. Est de necessitate confirmationis, quod fiat chrismate mixto ex oleo olivæ, & Balsamo: p. 312. n. 19. Item & quod chrisma sit ab Episcopo benedicū: pag. 315. num. 25. Et quod unctio fiat in fronte: p. 317. n. 28. Et

INDEX.

Et quod fiat in forma crucis: ibi. n. 29. Et quod fiat immediate per manum Episcopi, vel ministri: ibi num. 30. Non est tamen necessarium, quod fiat pollice dextro: ibi. n. 31. Apostoli in administratione confirmationis non semper vñ fuerūt christmate; ibi. num. 32. Quę lit forma confirmationis? p. 319. n. 35. Apostoli in confirmatione semper vñ sunt aliqua forma: pag. 320. n. 17. Subiectum capax confirmationis est homo viator baptizatus: pag. 321. n. 39. Congruum est expectare vñ rationis ad ministrandum confirmationem: pag. 321. n. 40. Adulto in articulo mortis potest administrari confirmatio: pag. 323. n. 42. Et perpetuo amētibus: pag. 324. n. 44. Effectus confirmationis numerantur: p. 325. n. 45. Character confirmationis, ita necessario prærequirit characterem baptismi, vt invalide recipiat confirmationem, qui baptismum aquæ non recepit: p. 326. num. 46. Ex eo quod in confirmatione imprimitur character, inferatur, hoc Sacramentum esse in iterabile: ibi. n. 47. Confirmatio confert gratiam sanctificatam, & Sacramentalem dignitatem recipienti: pag. 327. n. 48. Patrinus confirmationis debet esse baptizatus, & non religiosus: ibi. n. 49. Non debet esse alius à Patrino baptizati. p. 328. num. 51. Si non confirmata-

tus sit Patrinus in confirmatione, non contrahit cognitionem spiritualem cum confirmato: p. 329. num. 52. Episcopus est minister Ordinarius confirmationis; non autem simplex Sacerdos: ibi. num. 53. Potest tamen simplex Sacerdos esse minister confirmationis ex commissione Papæ: pag. 330. n. 54. Nequit tamē Episcopus committere hanc potestatem simplici Sacerdoti: pag. 331. num. 55. Quomodo sit intelligendū, quod confirmationē est nobilior baptismi: ibi. num. 56. Potest confirmationē cōferri extra Ecclesiam, & post prandium ibi. n. 57. Cetera mōra confirmationis enumerantur: ibi. n. 58.

D.

Deus ut precognoscat peccatum, debet habere decretū de permissione, & de cooperatione, aut non cooperatione ad substantiam actus peccaminosū: p. 122. num. 19. Non est alligatus Sacramentis, ita ut sine illis non possit iustificare quotquot voluerit: p. 263. n. 6.

Differentia inter Sacra menta antiqua, & novæ legis quantum ad causandum gratiam: pag. 11. num. 17. & pag. 59. à num. 20.

Diffinitio purè quidditativa, & non purè quidditativa explicatur: p. 4. n. 4.

Debet esse brevis, circumscripta que

INDEX.

- que rei explicatio: pag. 6.n. 8.
Diaconus , & Subdiaconus in
mortali existentes , non péc-
cant adhuc venialiter cantan-
do Epistolam , & Evangelium:
pag. 98. num. 99. & pag. 370.
num. 81.
- Diabolas more Similē imitatur,
quæ Deus instituit, ut sic simi-
lis Deo habeatur: pag. 25.n.43.
- Dispositio diversa requiritur ad
gratiam sanctificantem , ac ad
gratiam Sacramentalem: pag.
137. num. 48. Vtraque decla-
ratur . ibidem.. Quis dicatur
ponere obicem gratiæ Sacra-
mentalij: pag. 138. n. 49. Äqua-
lem gratiam Sacramentalem
conferant duo Sacraenta e-
iusdem rationis diversis sub-
iectis æqualiter dispositis ? ibi
n. 50. vide verb. Gratia. p. 126.
num. 27.
- Dubitans se esse ministrum alicu-
ius Sacramenti indigne illud
administrat. pag. 101. à n. 106.
- Doli capaces, qui dicātur? p. 388.
num. 123.
- Durandi sententia dicentis ; cha-
racterem non esse entitatem
realem, sed de nominationem
extrinsecam; non est ab Eccle-
sia damnata: p. 153. num. 86. &
pag. 155. num. 88.
- E.
- Ebrius nequit cōficere Sacramē-
ta: pag. 78.n.57.
- Ecclesia non habet potestatem
instituendi Sacraenta : p. 52.
- n. 2. Non mutavit materiam
matrimonij: pag. 26. num. 47.
- Longè latior est Ecclesiæ triū-
phans quam militans: pag. 111.
num. 125.
- Effectus. Ex multiplicatione esse.
Etiam non colligitur multi-
plicatio causarum : pag. 15.
num. 24.
- Episcopus existens sub mortali
non peccat mortaliter exercē-
do Sacramentalia: p. 99.n. 101.
- Quod etiam est verum , etiam
si prædictas actiones longo tē-
pore exerceret: pag. 100.num.
102. Cum solo iudicio proba-
bili de hoc, quod est, se esse Sa-
cerdotem, aut Episcopum ne-
quit licet ordinare alium in
Sacerdotem : pag. 103.n. 109.
- Potest tamen cum solo illo iu-
dicio administrare confirma-
tionem: p. 105.n. 113. Existens
sub mortali peccat mortaliter,
dum celebrat ordines, dum con-
firnat : pag. 368. n. 78. & 79.
- Non tamen peccat confe-
ndo primam tonsuram , neque
conlecrando christma ad con-
firmationem, & ordinem, aut
oleum ad Extremam vñctio-
nem: p. 369. num. 80. Episco-
pus tenetur ad sustentandum
ordinatum , qui sine indecenti
exercitio degre non potest: p.
380.num. 104. Potest confer-
re primam tonsuram quovis
anni tempore , hora , & loco:
ibi num. 105. Et ordines mi-
nores quavis die Dominica in
vnam , aut alteram personam
potest

INDEX.

poteat ordinare quovis die se-
sto ibidem. Quid ferat vnius, &
quid de ordinibus maioribus,
& de Episcopatu, Episcopis cip-
ponatur à iure ibidem. Episco-
pi vocantur à Scriptura Ange-
li: pag. 69. num. 37. Episcopatio
est Sacramentum : pag. 346.
num. 30.

Aequivocatio. Ex aequivocatione
signatorum non colligitur a-
equivocatio signorum: pag. 15.
num. 24.

Errores circa ministros Sacramē-
torum recensentur : pag. 65. à
num. 31. Quid contra prædi-
ctos errores sit tenendum ? p.
67. à num. 34. Errores diversi
contra materiam baptiūmi re-
feruntur: p. 207. n. 5.

Excommunicatus . A non tol-
erato illicitè petitur, & recipi-
tur Sacramentum. pag. 107. n.
117. Licitè tamen in articulo
mortis recipiuntur Sacramēta
Baptismi , & Pœnitentiæ : ibi.
num. 118. Etiam si articulus
iste solum sit prudentialiter
præsumptus : ibi. numero
119. Et etiam in periculo mor-
tis, pag. 108. num. 120. Et quis
toleratus ? p. 112. n. 127. Quis
dicatur excommunicatus nō
toleratus ? pag. 107. n. 117. Ab
isto licitè recipiuntur alia Sa-
cramenta à baptismō , & pœ-
nitentia in articulo , & pericu-
lo mortis: pag. 110. num. 123.
Ab excommunicato tolerato
sine aliqua causa licitè possum
petere, & recipere Sacra-
men-

ta, pag. 112 num. 127. Et tunc
iplemet excōmunicatus, nec
venialiter peccat administran-
do, ibidem. Episcopo existenti
sub mortali lictè intervicio
dum ordines exercet. p. 113.
num. 128.

Exrema vñctio. Quid sit Extre-
ma vñctio : pag. 397. num. 1.
Quare hoc Sacramentum di-
catur Extrema vñctio ? p. 398.
num. 4. Materia remora huius
Sacramenti debet esse oleum
olivarum ab Episcopo benedi-
ctum : ibi. num. 5. Non extat
præceptum renovandi oleum
benedictū per singulos annos,
& cōsequenter potest fieri vñ-
ctio cum oleo anni præteriti.
pag. 399. num. 6. Valide vng-
retur infirmus cum christmate
confirmationis : pag. 400. n. 8.
Ad singulas vñctiones sufficit
vñica gutta olei : ibi. num. 9.
Quantus debeat esse numerus
vñctionū? ibi. num. 10. Omnes
septem vñctiones non sunt de
necessitate Sacramenti, pag.
401. num. 11. forma huius Sa-
cramenti assignatur. pag. 403.
num. 5. Ad valorem huius Sa-
cramenti necessaria est forma
collata modo deprecativo: ibi.
num. 16. Non omnia illa verba
qua assignatur pro forma sunt
de necessitate formæ. p. 404.
num. 19. An prædictæ formæ
addenda sint verba ista in no-
mine Patris, & Filii, & Spiritus
Sancti? pag. 405. num. 20. Hęc
forma sufficit: Per istas Sanctas
vñctio.

INDEX.

vunctiones, &c. ibi. n. 21. Sacerdos est minister huius Sacra-
 menti. pag. 406. n. 22. Inimò
 debet esse pector infirmi. Vali-
 de posunt plures Sacerdotes.
 diversas vunctiones eiusdem in-
 firmi administrare. pag. 407. n.
 24. Parochus non tenetur tem-
 pore pestis ministrare Extremā
 vunctionem cum periculo vite.
 ibi. num. 25. Non baptizatus
 est incapax recipiendi Extremā
 vunctionem. pag. 408. num. 26.
 Non autem infantes, & perpe-
 tuò amentes: ibi à n. 28. Adul-
 tus, qui nunquam peccavit ad-
 huc venialiter, est capax Ex-
 tremā vunctionis. p. 409. num.
 30. Administrādum est hoc Sa-
 cramentum adulto morienti
 post Baptismum statim taliter,
 vt nullum peccatum commis-
 serit, pag. 411. n. 35. Quando in
 eadem infirmitate possit plu-
 ries conferri Extrema vntio?
 ibi num. 36. Enumerātur effe-
 ctus huius Sacramēti. ibi. n. 37.
 Quid per reliquias peccati ve-
 niat intelligendum? pag. 412. n.
 38. Quis nam ex effectibus à
 Concilio assignatis sit primari-
 us? ibi. num. 39. Hoc Sacra-
 mentum potest conferre pri-
 mam gratiam, seu remittere
 mortalia. pag. 414. n. 43. Tota
 gratia huius Sacramenti non
 confertur in ultima vunctione.
 ibi. n. 44. Quo tempore infirmi-
 tatis sit administrandū hoc Sa-
 cramentum, vt convenienter
 salutem corporis (si expedit)

operetur: pag. 415. num. 46.
 Non extat præceptū recipien-
 di Extremam vunctionem. pag.
 416. n. 47. Neque est obligatio
 adhuc sub veniali. pag. 417. n.
 51. Est obligatio extitēdi in sta-
 tu gratia: ad dignam receptio-
 nem huius Sacramenti. p. 418.
 num. 52. Non tamen est neces-
 saria cōfessio, vel receptio ali-
 cuius alterius Sacramenti. ibi.
 dem. Potest administrari à Sa-
 cerdote, qui tantū habet in-
 dicium probabile de sua ordi-
 natione: pag. 105. num. 113.
 Non tamen in catu. quod mo-
 ribundus non recipislet pœni-
 tentiam: ibidem.

Eucharistia. Ea parte qua est Sa-
 cramentum cōfert gratiæ san-
 ctificantem; & ea parte qua est
 mysterium, figurat convi-
 vium beatitudinis: pag. 14.
 num. 22.

In Eucharistia dicūtur verba per-
 manere moraliter, quia per-
 manent in suo effectu, seu in
 Sacramento per ipsa effecto:
 p. 18. num. 29. Tota ratio Sa-
 cramenti Eucharistiae physicè
 salvatur in solis speciebus: pag.
 19. num. 31. Eucharistia in sta-
 tu innocentia nō eslet memo-
 riale passionis: p. 46. n. 34.

F.

Fictio alia opponitur Sacramēto;
 alia eius effectui, qui est gratia
 sanctificans: pag. 128. num. 32.
 Aliqua est quasi negativa: p. 130.
 n. 30.

INDEX.

num. 35. Qualiter tollenda sit vt Sacramētū , sive in nostra sive in aliorum sententia causet gratiam: p. 132. n. 39.

Fides. Quomodo sit intelligendum , hominem iustificari per fidem? p. 12. n. 18. In quo diffierant Catholici , & haeretici dicentes , fidem iustificare ? ibi. Quomodo sit intelligēdus Augustinus insinuans , fidem promissionis de iustificatione à Deo facienda mundare nos? p. 24. num. 43.

Forma ista Baptismi , baptizetur servus Christi , &c. & ista: ego te baptizo , &c. solum accidētaliter differunt: pag. 25. n. 46. Tam Latinus , quam Græcus valide baptizat sub qualibet illarum: ibi.

G.

Gratia. Quomodo sit intelligendum , gratiam conferri ex opere operato ; & ex opere operatis? pag. 8 num. 12. Gratia signata per Sacra menta est sanctificans: pag. 13. n. 20. Sine gratia sanctificante non remittitur peccatum de potentia ordinaria. p. 39. n. 19.

Gratia collata in circumcisione non apperiebat ianuam cœli , & quare? pag. 49. n. 22. Gratia collata vi Sacra menti accedit quod sit vel non sit medicinalis. pag. 44. n. 30. Gratia baptismali accedit quod actu abluit: pag. 50. num. 44. & 45. Gratia

